



In diesem Bande fehlen die Schriften Nr 39-41.

21. Sep. 1955. Luchier.

Nr. Bo. 2.

30

B. C. D.

TENTAMEN
INTERPRETATIONIS NOVÆ
LXX. Hebdomadum Danielis,

cap. IX. v. 27-29.

P R Ä S I D E

JOHANNE MICHAËLE LORENZ,
ELOQUENTIÆ ET HISTORIARUM PROF. PUBL. ORD.
CAPITULI THOMANI CANONICO,

SOLENNI ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTUNT
ad D. XXVII. MARTII

JOHANNES GODOFREDUS DÜRR,
a §. I - VI.

ad D. XXIX. MARTII

GODOFR. LUDOVICUS HÆBERLIN,
a §. VII - XI.

æ.

ad D. II. APRILIS

GERHARDUS HENRICUS RITTER,
a §. XII - finem.

In Universitate Argentoratensi, A. MDCCCLXXXI.

excudebat JOH. HENRICUS HEITZ, Universitatis Typographus.

VIRO
GENEROSISSIMO, EMINENTISSIMO,
DOMINO
FRANCISCO SAMUELI
L.B. DE BERCKHEIM,
DYNASTÆ INLENHEMII, KRAUTERGERSHEMII,
JEBSHEMII,
TRIBUNO EQUITUM,
ORDINUM
REGII, MILITARIS MERITI, BRANDENBURGICI,
AQUILÆ RUBRÆ, EQUITI,
EQUESTRIS ALSATICI, MEMBRO,
STUDIORUM UNIVERSITATIS ARGENTORATENSIS
CANCELLARIO,
PATRIÆ CIVITATIS PRÆTORI,
TREDECIMVIRO,
GRAVISSIMO, AMPLISSIMO,
PATRONO SUO, SUMMO, BENEFICIENTISSIMO,
STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS
GRATISSIMA, DEVOTISSIMA MENTE
SACRAT
GERHARDUS HENRICUS RITTER,
ARGENTINENSIS.

COLLEGII WILHELMITANI

P R A E F E C T I S

M U N I F I C E N T I S S I M I S ,

VIRIS MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS,

D. FRANCISCO HENRICO
HENNENBERG,

E T

D. ELIÆ BRACKENHOFFER,

UTRISQUE

PATRIÆ CIVITATIS TREDECIMVIRIS,

STUDIORUM UNIVERSITATIS SCHOLARCHIS,

GRAVISSIMIS, SPLENDIDISSIMIS,

NEC NON
AMPLISSIMIS, ET VENERANDIS
COLLEGII WILHELMITANI
VISITATORIBUS, ET INSPECTORI,
MÆCENATIBUS,
PATRONIS, BENEFACTORIBUS,
IN PARENTUM LOCO COLENDIS,
HOC STUDIORUM SPECIMEN
GRATISSIMA MENTE
MERITO DICANT

JOH. GODOFREDUS DÜRR,
GODOFREDUS LUDOVICUS HÆBERLIN,
GERHARDUS HENRICUS RITTER,
COLLEGII WILHELMITANI ALUMNI,
ARGENTINENSES.

Conspectus Dissertationis.

Oraculum DANIELIS

- I. ex fonte suo profertur , §. I.
- II. illustratur expositione , quæ
 1. nude s̄istitur , §. II.
 2. probatur , quoad oraculi
 - 1) tempus , §. III.
 - 2) sententiam , quæ
 - (1) simplex , §. IV. V.
 - (2) figurata , quæ
 - a. evolvitur , ex notione
 - a) *Hebdomadum* , quarum indicantur
 - (a) diversæ significationes , §. VI.
 - (b) diversi termini , §. VII.
 - b) restaurationis Hierosolymæ , §. VIII.
 - b. interpretationi ipsi applicatur *hebdomadum LXX*, computandarum
ab restauratione Hierosolymæ , facta
 - a) ab *Artaxerxe I.* usque ad mortem *Christi*.
ab A. M. 3544 - 4034. §. IX. X.
 - b) a *Christo* , usque ad *Christum* , *Judeis* ablatum.
ab A. M. 4000 - 4069. §. XI. - XVIII.

PRÆFATIO.



P R A E F A T I O.



Immensus Doctorum numerus est, qui in interpretando DANIELIS oraculo de *LXX. Hebdomadibus*, involucro vaticinii Judaicæ gentis potissima & memorabilissima fata repræsentantibus, ingenium industriamque posuerunt suam; sed adeo diversæ discordesque inter se sunt plurimorum in hac interpretatione sententiæ, quid sibi velint istæ *Hebdomades*, unde sumant initium, quo pergent eæ, quo desinant, quomodo computandæ sint, quomodo dimentiendæ, quas denique rerum conversiones, Judaicæque reipublicæ fata portendant; ut in tanta opinionum multitudine vel recensere faltem singulas, ne dicam, examinare etiam istas, ponderare, dijudicare, res multi diuturnique laboris, spissisque voluminis opus foret. Et in indaganda, cognoscendaque veritate rerum, quid juvat tandem quoque tot ambagibus uti; nam cum in omni cognitione unum tantum sit, & possit esse verum, hoc ipsum

A

si ponitur, validisque argumentis confirmatur, satisfactum est certitudini rei, & veritati litatum; siquidem omne, quod ab isto discedit, jam manifesto videri falsum, & corruere hinc per se debere necesse fit. Itaque, cum post tantam interpretum copiam in argumento divite, præclaro, difficile, nostrum etiam exercere ingenium, nostras quoque cogitationes proferre tandem decrevimus, plana simplicissimaque via statuimus ingredi; sepositisque aliorum sententiis, magnorumque etiam nominum auctoritate relictâ, proposuimus nobis omnem argumenti commentationem brevi compendio, & tribus momentis tantum complecti. Vaticinium *Danielis* nempe volumus I. ex ipso fonte suo haurire; II. exponere dein illud, & illustrare; nostramque tandem expositionem, III. sine ulla confutatione contrarii, nude simpliciterque Lectori probare. Quod si, quod res ipsa docet, ipsi huic vaticinio præcipuam Historia lucem debet affundere, Christiano Doctori Historiæ jucundum erit omnino, ex hac doctrina sua aliquid, pro sua quoque parte, quantum dederit scilicet ipsi Deus, ad divini oraculi illustrationem afferre; & cum vana, & lubrica sit omnis scientia, quæ ad æterna non ducat, operam collolare suam in expositione verbi, quod *Christus* ipse iussit adverti, *Matth.* XXIV, 15. *Marc.* XIII, 14. & quod, sicut cuncta oracula Dei, nullum tempus & ætas unquam absumet. I. *Petr.* I. 25.



§. I.

En DANIELIS Oraculum c. IX.

בשנה אחרת לורוועש בן אחשורוש כורע מ� אשר רמלך על מלכות פשווים: בשנתו אחריו למלטו אנו וניאל בינו שפירים מספר החנום אשר היה רבר יהוא אל-וּרְמִיה הנביא למלאות תורבות וירושלם שבעם שנה: ואתנה את-פנ אל-ארץ האלותם לקש תפלח וחניעם באזום ושק ואפר:

* * *

ויעוד אני מדבר נחפה לאחיש גבריאל אשר ראיינו בחוץ בחליה מעף ביעף נגע אליו בערת מנורת ערבי: נזון נדבר עמו ויאמר רנייאל עתה פגאתי להשיכלו בינה: בחליה תחנןיך גזא רבר ואני פאתו להגד כי חמיות אתה ובן פרבר והבן במראה: שבעם שבעם נרתקה על עמק וועל עיר קרשך לפלא רפשׁו ולחתם תפואת ולכפר עז ליהקיא זדק על כלים ולהחמת חנון ונביא ולמשח קדוש קדושים: ותרע ותשבל מן - מזיא רבר להшиб ולבעית וירושלם עד מישיח נגיד שבעם שבעה ושבעים ששים ושנים תשוב ונבנתה רחוב וחריז ובזוק העזים: ואחריו השבעם ששים ושלמים יברת מישיח ואין לו והעיר והקדש ישורה עם נגיד רבא וקשו בשטף ועל קץ מלחמה נהרצות שמיות: והגביר ברית לרבים שביע אחר וחייב חשבוע ישיפות זבח ומנורה ועל בנג שקוץם משלים עד כלו ונחצתו תהקה על שם:

Ex translatione SEBASTIANI SCHMIDII, quæ Ebræum textum
presse sequitur.

- v. 1. In anno primo Darii filii Achaschveroschi de semine Me-
- v. 2. dorum, qui regnare factus est super regnum Chaldeorum, In
anno primo (inquam) ex quo regnauit, ego Danijel consideravi in libris (sacris) numerum annorum, de quibus factum
est verbum Jehovæ ad Jeremiam Prophetam, quod implendi
- v. 3. essent vastitatibus Hierosolymæ septuaginta anni. Dedi ergo
facies meas ad Adonajum (Dominum) Deum, ad querendum
orationem & preces, in jejunio, & sacco, & cinere . . .
- v. 21. Quum (inquam) adhuc ego (essem) loquens in precatione
(mea:) vir Gabriel, quem vidi in visione ab initio, volare ius-
sus per volatum (celerem,) pertigit ad me, circum tempus
- v. 22. oblationis vesperæ. Qui informavit, & locutus est mecum,
dixitque: Danijel, nunc exixi ad docendum te intelligentiam.
- v. 23. In initio precum tuarum exivit verbum, ut ego venirem
ad indicandum, quia desideria tu (es:) Attende itaque ad
- v. 24. verbum, & percipe visionem. Septimanæ septuaginta deci-
se sunt super populum tuum, & super urbem sanctitatis tuam,
ad consumendum prævaricationem, & ad obsignandum peccata,
& ad expiandum iniquitatem, & ad adducendum iustitiam se-
culorum, & ad obsignandum visionem, & prophetam, & ad
- v. 25. ungendum Sanctum Sanctorum. Scito ergo, & percipito,
ab exitu verbi ad usque restituendum, & ad adificandum Hie-
rosolymam, usque ad Messiam Principem, (sunt) septimanæ
septem: postea septimanis sexaginta & duabus restituetur &
- v. 26. adificabitur platea & fossa, sed in angustia temporum: Post
autem septimanas sexaginta & duas exciderit Messias, sed
non sibi, (propter se;) verum propter homines redimendos:) deinde urbem & Sanctuarium perdet populus principis venturi,
ita ut finis ejus (sit) cum inundatione, & usque ad finem
- v. 27. belli destinatæ (decisæ) desolationes. Confirmabit tamen
fædus multis septimanæ una: sed (in) medio septimanæ ces-
sare faciet sacrificium & oblationem. Tandem (vero etiam)

super avem abominationum erit desolatio, & usque ad consummationem, & decisum, stillabit super devastationem (ira Dei.)

TREMELLIO & JUNIO interpretibus.

Anno primo Darii filii Assueri ex semine Medorum, quo v. 1.
factus est Rex in regno Chaldaeorum; Anno primo regni ejus, v. 2.
ego Danihel considerans ex libris numerum annorum, quibus
fuerat verbum Jehovae ad Jirmejam Prophetam, completas fo-
re vestitates Jeruschalamorum, septuagesimum annum adeste;
adhibui faciem meam ad Dominum Deum, querendo ora- v. 3.
tione & deprecationibus, cum jejunio, cilioque, & cinere. . .

Adhuc, inquam, me loquente in oratione, vir ille Ga. v. 21.
briel, quem videram in illa visione principio, jussus advolare
contentissime, tetigit me sub tempore muneris vespertini. & v. 22.
informans me loquitus est tecum, ac dixit, o Danihel, nunc
prodii, ut imbuam te intelligentia. In principio deprecatio- v. 23.
num tuarum prodidit verbum, ad quod indicandum venio, quia
desideratissimus es: quapropter animadverte ipsum verbum,
& intellige visionem istam. Septimanae septuaginta decisae v. 24.
sunt super populum tuum, & super civitatem sanctam tuam, ad
cohendendum defecionem illam, & ad obsignandum peccata, &
ad expiandum iniquitatem, & ad adducendum iustitiam per-
petuam; idque obsignando visionem ac Prophetam, & ungen-
do Sanctum Sanctorum. Igitur cognoscito, & intelligito, ab v. 25.
enuntiatione verbi, de reducendo populo, & de aedificandis Jeru-
schalamis, usque ad Christum antecessorem, fore septimanas se-
ptem: deinde septimanas sexaginta duas rursum aedificata pla-
tea & fossa, qua tempora erunt in angustia. Post septima- v. 26.
nas autem illas sexaginta duas excidetur Christus, sed ni-
hil ad illum: nam civitatem ipsam & ipsam sanctum perdet,
populum antecessoris venturum, adeo ut finis ei sit cum inun-
datione; denique usque ad finem belli praeceps bellum erit de-
solutionis maxime. Corroborabit vero fatus multis septimanis v. 27.
una; in medio autem septimanæ ipsius abolebit sacrificium &

munus; deinde per legiones detestationum desolantes usque ad consummationem, eamque præcisam, per desolantes, inquam, effundetur desolatio.

§. II.

Prolato oraculo, jam involucrum ei detrahemus, nuda-
que & facili expositione illud sistemus.

Anno primo regni *Darri Medi*, filii *Ahasveros*, ex quo Babyloniorum imperio fuit potitus, &, occiso *Belsazere*, Af-
syriorum Babyloniorumque regnum sic ad novum Princi-
pem, novamque gentem Medorum translatum est; Anno
Orbis conditi 3442. ego *Daniel* attentis oculis libros facros
inspexi, inquisivique solicite, hac tanta conversione rerum,
annon tempus forte adesset, quo finiretur & completeretur
numerus annorum 70, quem Deus ex *IEREMIÆ* vatis oraculo
definivisset tollendæ vastitati, & depopulationi urbis Hie-
rosolymæ, quæ *Nebucadnezaris*, Assyriorum Regis, manu fa-
cta, exilio *Jojachini* Regis, & deportatione decies mille viro-
rum, flore tum gentis Judaicæ, A. M. 3393. cœperat, &
A. M. 3403. urbis & templi destruccióne fuerat consumma-
ta; omnemque animum meum defixi in Deo, rerum fato-
rumque omnium Domino, ut implorarem misericordiam ejus
supplicibus precibus, jejunans, indutusque cilicio, & ci-
nere caput respersus *a)*... Cum adhuc verba precum mearum
facerem, ecce *Gabriel*, Dei nuntius, quem jam prima cœ-
lesti visione videram, celerrimo volatu pervenit, & pertigit
ad me, hora, qua vespertina oblatio Deo fieri solebat; hic
significavit mihi, & me allocutus est his verbis: *Daniel*,
en nunc egressus ego sum, ut magnarum rerum, futurorum-

a) More Judæorum, & popolorum Orientis, cum in summis essent
angustiis. *Ioſue* VII, 6. *2 Samuel.* XIII, 19. *Eſther* IV, 1. *Jo-
næ* III, 6. *Matth.* XI, 21. *Luc.* X, 13.

que populi tui fatorum, te cognitione imbuerem. Statim primo precum tuarum initio mandatum exiit a Deo; quod indicandum Tibi veni, siquidem Tu Deo in deliciis es. Attende ergo ad verba, quæ loquar; attende ad visionem, quæ Tibi representatur. Septuaginta anni definiti a Deo sunt, prout in JEREMIÆ vaticinio legis, populo tuo, & urbi, Tuæ religionis cultui dicatæ, quibus poena impietati, & violationi divinarum legum, Judæis a Deo statuta desinet, peccatis populi inducetur obliuio, præteritæ defectionis iniqüitas expiabitur; & divina visio, & vatis JEREMIÆ oraculum eventu suo, quasi cœlesti quadam sigillo, confirmabitur; æterni foederis divini, cum Abraham jam initi, justitia de-nuo clarescat; & Hierosolymitani templi, & sacratissimarum ejus partium, inauguracione nova fiet. Verum hi septuaginta anni aliorum septuaginta temporum periodi imago tantum sunt, quibus longe memorabilior condonatio peccati, & longe illustrior populi tui expiatio continget, & cœlestis quædam ædificatio Hierosolymæ, & sanctissimi templi inaugura-tio fiet. Sunt enim destinatæ, definitæque a Deo septuaginta annorum hebdomades, sive septies septuaginta anni, populo tuo, & urbi, cultu divini, quod adoras, Numinis sanctificate, quibus sacrificio divini Salvatoris rebellionis, & prævaricationis humani generis omnis, culpa delebitur, abolebuntur peccata mundi, omnis iniqüitas expiabitur; æterna condonatione, & remissione peccati, Dei justitia mani-festabitur orbi; divinæ visiones, & tot vatum oracula complementum invenient; & cœlestia, & æterna Sanctorum ha-bitacula, templi Hierosolymitani, & sanctissimi tabernaculi ejus imagine, adumbrata, Christi in ea ingredientis, tanquam Summi Sacerdotis, sanguine initabuntur. Cæterum cum duo sint, quæ ores, & quæ in cognoscendis populi tui fati-spectes, condonationem criminum, & restaurationem Hiero-solymæ, sacrique urbis cultus, indicabo tibi tempus cum gloriössimæ illius condonationis, tum longe magnificenterissi-

mæ etiam restorationis patriæ urbis tuæ. Scito igitur, & noscito ; computationis omnis hic initium esse faciendum ab iis diebus, quibus edictum prodibit, ut novo religionis cultu Hierosolyma restauretur. Ab eo igitur anno, quo editum *Artaxerxis I.* Petrarum Regis feretur, pro restituendo sacro Hierosolymæ cultu, a septimo Regis ejus anno, hoc est, A. M. 3544. usque ad CHRISTUM, Judaici populi principem, magnamque, quæ per eum fiet, generis humani expiationem, currunt istæ septuaginta annorum hebdomades, sive lepties septuaginta anni; & sunt eadem, septem hebdomades maximæ, quælibet septuaginta annorum, hoc est, quadringenti nonaginta anni; cadetque hinc expiatio illa magna in Annum Mundi 4034. Jam accipe etiam tempus illustrissimæ, & longe nobilissimæ restorationis Hierosolymæ, & computa rursus ab edicto, quo novo religionis cultu Hierosolyma debet restitui. Nempe post edictum illud *Artaxerxis*, aliud prodibit, longe illustrius, quod non ab homine, sed a Deo exibit, de ædificanda jam per CHRISTUM cœlesti Hierosolyma, & extruenda nova civitate Sanctorum. Ab hujus divini editi epocha, cuius *Artaxerxis* edictum præfiguratio tantum erit, & cujus nuntius ipse veniam, Sacrae Virgini indicaturus, concepturam esse eam, & parturituram conditorem magnum novæ Hierosolymæ; Ab hoc, inquam, edicto, quod ad A. M. 4000. fiet, usque ad extirpationem civitatis illius novæ, & Messiam Regem, populo Judaico concessum, servatum, septuaginta erunt anni; quorum septem labentur a CHRISTI in carnem adventu, usque ad tempus, quo *Herodis* Regis stirps, CHRISTO Principi infensissima, Judææ & Hierosolymæ principatu dejicetur; & ablato tunc penitus civili Jehudæ sceptro, signum clarescat temporis, expectatum a tot seculis divinum Judæorum Regem apparuisse. Sexaginta duo inde sequentur anni, quibus cœlestis civitatis primordia a CHRISTO, sed inter magna impedimenta, & gravissimas impiorum

piorum infestations condentur. Post sexaginta duos hos annos tolletur deinde Rex CHRISTUS e medio; non ipse quidem, vel regnum ejus tolletur; sed tolletur, & eripietur ille Judaicæ genti, quæ ob perversissimum, & infestissimum Regi suo animum, jam justa Dei poena tanto, & tam expectato, Rege suo privabitur. Urbem vero Hierosolymam, & sanctuarium ejus, tum perdet populus, a venturo Principe CHRISTO ipso immisus, qui non quiescat, donec urbem templumque velut inundatione quadam deleverit. Inde bellum igitur longissimi temporis erit CHRISTO cum Judaica gente; ad cuius finem usque decreta a Deo est vastatio Judæorum. Multos tamen Judæorum CHRISTUS in foedus suum adsciscet; confirmabitque iis promissiones, a Deo populo huic, & patribus ejus factas, spatio maximæ hebdomadis unius, septuaginta annorum, cuius hebdomadis medio, id est, trigesimo quinto incarnationis suæ anno, sacrificium vitæ & sanguinis sui faciet ad redendum a peccatis omne genus humanum: & sic abolebit jam vim omnem sacrificiorum, & oblationum Judaicæ gentis; quæ per tot sæcula suis tantum imaginibus verum, & unice Deo acceptum, pretiosissimi Ihesus sanguinis sacrificium adumbabant. Vastatores autem Hierosolymæ pro insignibus habebunt aquilas detestabiles, divinis honoribus ab iis cultas, & usque ad consummationem temporis plenam, Dei decretis exacte dimensam, effundetur ira Dei in devastatum populum.

§. III.

Exposito jam oraculo probationem addemus, primoque tempus oblati oraculi, dein eam, quam damus, sententiam ejus demonstrabimus.

Tempus editi oraculi clarum est. Ait enim DANIEL, oblatum sibi esse primo anno regni Darii Medi, c. IX. v. 1. quem cap. V. v. 30. 31. dixit, occiso Belzævre, Nebucadnezaris filio, c. V. v. 2. 18. 22. Babyloniorum imperio

fuisse potitum. *Belsazer BEROSO*, Chaldaicæ historiae Scriptori, sed & *EREMIÆ* cap. LII. 31. *Evilmerodach*; *Darius Medus BEROSO* *Nericasolosar* vocatur, qui *Evilmerodach* interfecto in imperio successit, anno ante *Cyrum*, Babyloniorum urbe, & regno omni potitum, vigesimo primo. Sic enim *BEROSUS* Libr. III. *historie Chaldaicae* apud *JOSEPHUM* Lib. I. contra *Apionem* c. 20. *Ναεύχοδονόσορος*. . . μεγαλάξιο τὸν βίον, βεβασιλευκὸς ἔτη τεσταζάνων τρία. τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ νὺς αὐτῷ Ευελμαράδεχ^Θ. ὃς προσάς τῶν πραγμάτων ἀνόμως, καὶ ἀσελγῶς, ἐπιβελευθεῖς ὑπὸ τῷ τὴν αἰδελφὴν ἔχοντος αὐτῷ Νηριγλιστόρους ἀνηρέθη, βασιλεύσας ἔτη δύο. μετὰ δὲ τὸ ἀναιρεθῆναι τάτου, διαδέξαμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβελεύσας αὐτῷ Νηριγλιστόρος, ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. τάτε νὺς λαβοροσούρχοδος ἐκνιγνεύσεις μὲν τῆς βασιλείας, παιᾶς ἀν., μῆνας ἐνέσα. ἐπιβελευθεῖς δὲ, διὰ τὸ πολλὰ ἐμφανῶν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπέθυμωνται. ἀπολογέντος δὲ τάτε. . . κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν *Ναεύνηδω* τινὶ τῶν ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστυράστεως. ἐπὶ τάτῃ --- γῆς --- τῆς βασιλείας αὐτῷ ἐν τῷ ἐπανακαΐστατῳ ἔτει, προεξεληλυθάς *Κῦρος* ἐκ τῆς *Περσίδος* μετὰ δυνάμεως πολλῆς, καὶ κατασρεψάμενος τὴν λοιπὴν. Ἀσίαν πᾶσαν, ὡρμησεν ἐπὶ τῆς *Βαεύλωνίας* - - - καὶ - - - *Βαεύλωνα* καταλαβόμενος, - - τὸν *Ναεύνηδον* . . . ἐξέσεμψεν ἐπὶ τῆς *Βαεύλωνίας*. *Nabuchodonosorus* . . . *vita excepsit*, cum regnasset annos quadraginta tres; cui in regno successit filius ejus *Evilmerodachus*. Hic cum summa rerum licenter & libidinose praefasset, insidiis *Neriglissorii*, qui sororem ejus in matrimonio habuit, interfectus est, postquam duos annos regnasset. Hoc e medio sublato, *Neriglissorius*, qui insidias ei fecerat, regnum suscepit, regnavitque annos quatuor. Ejus filius *Laborosachodus*, puer, regnum inde tenuit menses novem. Insidiis autem petitus, quod multa pravae indolis indicia praberet, & ab ami-

cis obtruncatus est. Quo interfecto communis consilio Nabonnedus, unus ex conjuratis, in regnum evectus est. Hic cum decimum septimum regni annum ageret, Cyrus ex Perside magnis viribus egressus, reliqua Asia omni subacta, expeditiōnem suscepit in Babyloniam, Babylone potitus . . . Nabonnedum ex Babylonie finibus ejecit.

Cum BEROSO CANON PTOLEMAICUS conspirat in catalogo Regum Babyloniorum, qui a Nabonassare, Babylonis Rege, computat annos

Βασιλέων Ασσυρίων, Regum Assyriorum
καὶ Μήδων.

Ἐπη συναγωγῆ.	annos regni.	Summa a Nabonassare.
Ναβοκολασσάρες. μη. ἥτο. Nabocolassari. 43. <small>(id est, Nabuchodonosori)</small>	186.	
Ιλοαρύδαμος. . . . β. ἥτη. Iloarudami. . . 2. <small>(id est, Evilmerodachi)</small>	188.	
Νερικασολασσάρες. δ. ἥτ' β. Nericasolassari. 4.	192.	
Ναβοναδίς. . . . ν. σθ. Nabonadii. . 17.	209.	

Περσῶν.

Κύρος. θ. ση. Cyri. 9.	218.
--	------

Incidit hinc Darii Medi, sive Nericasolassari, primus annus imperii in Annum Mundi 3442. Etenim

I. Ab Adamo, sive mundo condito, usque ad nativitatem Abrahami, sunt anni 2008.

ex calculo ætatis Patriarcharum, continua stirpis primæ propagatione deducto.

Genes. V, 3 - 28. VII, 6. XI, 12 - 24. 32.
XII, 1 - 4.

2. Ab *Abrahami* nativitate usque ad divinam vocationem ejus in Palæstinam, sunt anni 75.
Genes. XII, 4.
3. Ab *Abrahami* vocatione usque ad exitum Israëlitarum ex Ægypto, & legem Dei in monte Sinai latam, sunt anni 430.
Exodi XII, 40. Paulus ad Galatas III, 16. 17.
4. A lege Dei lata usque ad exædificatum a *Salomon* Hierosolymæ templum, sunt anni 487.
I. Reg. VI, 1. 38.

3000,
5. Ab exædificato Hierosolymæ templo usque ad captitatem, & deportationem Regis *Jechonie*, sive *Jojachini*, sunt anni 393.
 ex calculo annorum imperii Regum Judæ, & Israëlis, a *Salomone* usque ad *Jojachinum*.
I. Reg. XI -- XXII. 2. Reg. I -- XXIV.
6. A deportatione *Jojachini* usque ad annum primum *Cyri*, Babyloniorum imperio potiti, sunt anni 70.
Jeremias c. XXIX, 1. 2. 3. 4: 2. Chron. XXXVI, 21. 22. 23. Ezra I, 1. 2. 3.
 3463. b)
7. Anno vicefimo primo ante *Cyrum*, Babylone regnante, *Darius Medus*, sive *Nericasolaffar*, cœpit regnare,
 hinc A. M. 3442.
 ex *BEROZO*, & *CANONE PTOLEMAICO*.
 Igitur, cum *Daniel* inquireret in tempus 70. annorum,
JEREMIAE oraculo Hierosolymæ depopulationi destinatorum,
 dearent tum adhuc ad complementum illius, anni viginti &
 unus; nec computationi huic vel *DANIELIS* contradicunt
 verba, *cap. I, v. 1 - 6*. *Babylonicum exilium a tertio jam Jo-*
- b) Deduximus hunc omnem calculum latius in *Tabulis temporum, fatorumque orbis terræ*; editis Argentorati 1770. fol.

jakimi, Regis Judææ, anno numerantis; qui *Jojachineam* de-
 portationem octo annis præcesserat; nec CANONIS etiam PTO-
 LEMAICI, a primo *Nabuchodonosoris* Regis anno usque ad Cy-
 rum, Babylone regnante, sex & sexaginta annos tantum com-
 putantis, calculus nobis obstat. Nam quod DANIELIS ver-
 ba cap. I. attinet; ille ibi de suo quidem exilio, sed non de
 magnæ Judæorum captivitatis epocha quadam loquitur. Cœ-
 perant enim certe anni 70. Babylonice captivitatis magnæ, a
 JEREMIA prædicti, a *Jojachini* Regis exilio, hoc est, A. M.
 3393. Nam cap. XXIX. v. 1-10. datae dicuntur a JEREMIA litteræ ad Judæos, Babylone captivos, deportato jam il-
 luc cum flore gentis Judaicæ *Jojachino* Rege, & stante adiuc
 sub Rege *Zedekia* Hierosolyma; quibus nomine Dei captivis
 significat, elapsis 70. annis eos ab exilio in patriam esse re-
 versuros. Et quanquam sint, qui ex JEREMIÆ cap. XXV. v. 1.
 & 11. colligere velint, 70. illos annos jam a tertio, vel quar-
 to Regis *Jojakimi*, patris *Jojachini*, anno esse numerandos,
 hoc est, ab A. M. 3385. quod illo anno jam *Nabuchodonosor*,
 Rex Babylonis, Hierosolymam ceperat, sibique subjecerat,
 DANIEL. I. 1. 2. codemque ipso jam anno primum *Jeremias*
 septuaginta annorum depopulationem Hierosolymæ prædix-
 erat; c. XXV. etiam ipse tum *Daniel* inter nobiles Judææ pue-
 rros captivus erat Babylonem abductus; DANIEL. I. 1. 2. 3. 6.
 tamen contra hæc omnia ex JEREMIÆ cap. XXV. v. 1. 9. 10.
 11. patet, facrum vatem, quarto tum *Jojakimi* Regis, &
 primo *Nabuchodonosoris* anno vaticinantem, non de præsen-
 ti quadam, sed de futura Hierosolymæ depopulatione præ-
 dicere, & ab ea demum 70. vastitatis annos numerare: quin
 ipse vates, cum tres tantum Hierosolymæ, Judææque, fa-
 cetas a *Nabuchodonosore* depopulationes numeret cap. LII. v.
 28. 29. 30. primam earum septimo demum, vel octavo *Na-
 buchodonosoris* anno, qui *Jojachineæ* captivitatis tempora tan-
 git; 2 Reg. XXIV, 12. alteram, qua destructa fuit undecimo
 post anno Hierosolyma, decimo octavo, vel decimo nono

ejusdem *Nabuchodonosoris* anno assignat, JEREMIÆ LII. v. 28.
29. 12. 15. EZECHIEL etiam ubique, *Jeremie* temporibus
æqualis, & ipse in Babylonie captivus, ubi Babylonice ca-
ptivitatis annos computat, non alter, nisi a *Jojachine*æ ca-
ptivitatis epocha eos numerat, cap. I. 2. 3. XXXIII. 21.
XL. 1.

PTOLEMAICI vero CANONIS calculus a *Nabuchodonosore*
usque ad *Cyrum*, si minorem annorum numerum sistit,
quam prima specie temporum captivitatis Babylonice, a *Jer-
emia* designatorum, ratio videtur exigere; re accurate perpen-
sa, nihil impedimenti hic objicit; siquidem satis constat,
PTOLEMAICUM CANONEM *Nabuchodonosoris* annos imperii ab
eo demum ordiri tempore, quo patri *Nabopolassari* in regno
successit, hoc est, A. M. 3397; sacros vero vates, *Jeremiam* in-
primis, & *Danielem*, initium jam eorum ducere, ex quo a
vivo patre in regni societatem adscitus, primamque Hierosoly-
mæ obsidionem aggressus est, id est, ab A. M. 3385. JEREMIÆ
XXV. 1. DANIEL. I. 1. quod clare quidem interpres *Prole-
maici Canonis* BEROSUS nos docet, qui *Nabuchodonosorem* vi-
vo adhuc patre *Judeam* sibi subjecisse; longeque lateque in
iis regionibus principatum sibi peperisse, captivorumque ma-
gnam multitudinem Babylonem abduxisse scribit, verbis a JO-
SEPHO productis Libr. I. contra *Apionem* c. 19. ἀκόστας δέ
πάλιν αὐτῷ Ναβολάσσαρος, ὅτι ὁ τελευμένος σειράσσως ἐνει Ai-
γύπτῳ, καὶ τοῖς περὶ τὴν Συρίαν τὴν κοίλην, καὶ τὴν Φοινίκην τό-
ποις αἰτοσάτῃ γέγονεν, ἢ δυνάμενος αὐτὸς ἐπὶ κακοταθεῖν,
συσῆσας τῷ νιῷ Ναβοχοδονοσόρῳ, ὃντι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ, μέρη τινὰ
τῆς δυνάμεως, ἐξέσεμψεν ἐών αὐτὸν. ουμιζας δὲ Ναβοχοδο-
νορῷ τῷ ἀτοσάτῃ, καὶ παρεβλεψάμενος, αὐτῷ τε ἐκνυρίευσεν,
καὶ τὴν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτῷ βασιλείαν ἐποίησεν. τῷ
δὲ πατρὶ αὐτῷ συνέιη Ναβολασσάρῳ, κατὰ τέτον τὸν καιρὸν
ἀρρωστήσαντι, ἐν τῇ Βασιλανίᾳ πόλει μεταλλάξας τὸν βίον, ἐπὶ

βεβαιωθεντι εἴκοσιν ἐνέα. αἰδόμενος δὲ μεῖζον πολὺ τὴν τῆς πατρὸς τελευτὴν Ναβουχοδονόσορος, καθαίσθας τὰ καὶ τὴν Αἴγυπτον πράγματα, καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τὰς αἰχμαλώτες Ἰεδαιῶν τε καὶ Φοινίκαν, καὶ Σύρων, καὶ τῶν καὶ τὴν Αἴγυπτον ἔβναν συντάξας τοὺς τῶν Φίλων . . . ἀνακοινώνεις τὸν Βασιλείαν, αὐτὸς ὄρησθας . . . παρεγένετο . . . εἰς Βαβυλῶνα. καθαλαξῶν δὲ τὰ πράγματα . . . καὶ κυριεύσας ἐξ ὀλοκλήρου τῆς πατρικῆς ἀρχῆς. -- Cum autem audisset pater ejus Nabopolassar, Satrapen Ägypto, Cœlesyria, & Phœnicie regionibus præpositum, ab eo defecisse, ipse ferendis laboribus per atatem impar, filio Nabuchodonosoro, atate valenti, tradidit partem exercitus, misitque ad illum bello persequendum. Nabuchodonosorus autem cum rebelli congreßus, idque iusta acie, & eum devicit, & regionem denuo in regni sui ditionem redegit. At sub id tempus evenit, ut Nabopolassar pater, cum morbum contraxisset, in urbe Babyloniorum diem obiret supremum, postquam regnasset annos XXIX. Nabuchodonosorus autem, cum non multo postea patris interitum accepisset, rebusque in Ägypto, & reliqua regione ordinatis, Iudeorum, Phœnicum, & Syrorum, & Ägypti gentium captivos amicorum quorundam fidei commendasset, ut eos . . . in Babyloniam deportarent, . . . Babylonem se contulit. Potius ibi rerum, . . . totum patris imperium adeptus est.

§. IV.

Ita, sublatis difficultatibus probato editi oraculi tempore, jam ea, quam tribuimus ei, sententia quoque probanda est. Hæc pro more eo, quem præ se divina sëpe oracula ferunt, hic duplex occurrit; alia simplex, alia figurata. Sicut enim cuncta Moysaici cultus præcepta ipsum Dei cultum primo præscribunt, sed sub ipsius cultus ejus imagine simul futuri, sanctioris olim, fœderis sacra quoque repræsentant; sic solent etiam vaticinia sëpe Dei rem præsentem, vel proxime imminentem, simpli-

et prima significatione sua nuntiare; sed hoc velut involucro
dein aliam adhuc futuri temporis, longe memorabiliorem, &
illustriorem complecti; qualia sunt vaticinia de filio Dei ex
Ægypto vocato, *Hoseæ XI.*, 1. *Matth. II.*, 15. de Rehele
plorante liberorum suorum interitum, *Jerem XXXI.*, 15.
Matth. II., 17. de pretio vatis 30. argenteis nummis æsti-
mati, quod figulo deinde solutum est, *Zacharia XI.*, 12. 13.
Matth. XXVII., 9. de filio Davidis, patri successu in re-
gno Iſraëlis, ædificaturo templum Dei, & Deo ipsi in filii
loco, futuro; 2 *Sam. VII.*, 12. 13. 14. 2 *Chron. XVII.*, 11.
12. 13. *Luce I.*, 32. 33. de semine Abrahani, Isaaci nomi-
ne, propagando, *Genes. XXI.*, 12. *Roman. IX.*, 7. 8. de
vocibus Iſraëlis in summis angustiis, montium & auxilia
implorantis, *Hoseæ X.*, 8. *Luce XXIII.*, 30. *Apocayps. VI.*, 16. de maledictione divina suspensi in ligno, *Deu-
teron. XXI.*, 23. *Galat. III.*, 13. Et hæc quidem sententia
simplex in hoc *Danielis* oraculo eo planior reperitur, quo
pronior ei *Danielis* ipsius precibus occasio suppeditata est.
Daniel enim inquirit solicite, & Deum precatur, ut poenæ,
populo suo dictæ, finem faciat, & Hierosolymæ urbem & fa-
cra ejus restituat, secundum oraculum, a *Jeremia* vate pro-
nuntiatum; tum occurrit ei igitur Angeli visio, & Dei no-
mine ei confirmatur, oraculum illud *Jeremie exactissime iri*
completum; quæ prima, quæ se offert, & simplex vaticinii
Danielis interpretatio est.

§. V.

שְׁבָעִים שְׁבָעִים נַחֲרֵךְ עַל־עַמּוֹ וְעַל־קָרְשָׁן Septua-
ginta hebdomas, (septuaginta anni,) decisa sunt, (accu-
ratissime a Deo dimensæ sunt,) super populum tuum, וְsu-
per urbem Sanctuarii tui, (quod tu revereris.) שְׁבָעַ He-
bdomas, septem dierum alias spatium significat; & ipsi Da-
nieli cap. X. v. 3. שְׁלֹשָׁת שְׁבָעִים וּמִסְתָּר rum,

rum, viginti & unus dies sunt, coll. v. 12. 13. sed hic hebdomas generatim pro temporis definiti circulo, speciatim pro anni periodo ponitnr, facili cognitione Danielis, qui 70. שנים, annos, JEREMIÆ, cap. XXIX. v. 10, Angeli voce hic שבעם, hebdomades, audit denominari. Hebdomadis autem nomine hic annus vocatur; quod anni singuli, qui hic significantur, imago, signumque hebdomadis integræ annorum sunt; quem per שבעם, septem annos, altera sublimiori, quam deinde videbimus, & figurata sententia repræsentatur; hinc cum una sententia comprehendantur hic duæ, & prima quadrare debet ad alteram; per metonymiam signum pro re signata hic ponitur; hebdomas, pro anni periodo, septem annos præfigurante.

לכלה הפשע ולחות חטאות ולכפר עון *ad consumendum*, vel *abolendum*, *defectionem*, *obsignandum peccata*, *expianandum iniquitatem*; hoc est, quibus abolebitur, tolleturque in Dei judicio *defectionis memoria*; *preteritis peccatis oblivio* dabitus; inhærens populo macula iniquitatis delebitur. לכלה alias, *ad cohibendum*, hic commode exponitur per לכהה, *ad consumendum*, vel *abolendum*; vulgari apud Hebreos permutatione litterarum נ & ה, & subsequentibus verbis eandem sententiam fere repetentibus, & confirmantibus. Ad stabiliendum enim tanto certius Dei oraculum, & confirmandam omnimodo, ad definitum tempus annorum 70, culpæ & peccati condonationem, triplici denuntiatione idem Danieli asseritur; & cum vox פשע, *defectio*, generatim rebellionem, & obsequii excusionem, fontem omnis peccati; רחמתה, *peccatum*, speciatim actionem quandam malam, divinæque legis læsionem; עון autem, *iniquitas*, maculam, culpamque, ex peccato contractam, peccatorique inhærentem, coll. Numer. XIV, 34. Ezechiel IV, 4. 5. 6. significet; declaratur hoc ipso, largissimæ criminis veniæ nihil omnino esse defuturum, & oblivione clementissima Dei omne, quod ad crimen pertinet, & populi *defectionem*, & peccatum ejus.

& maculam ejus iri abolitum; eadem prorsus ratione, iisdemque plane verbis, quibus Deus ipse *Mos̄i*, manifestata Numinis sui gloria, crimina fese remittere trifariam praedicit. *Exod.* XXXIV. 6. 7. יהוה אל רוחם ווּנוּן נִשְׁאָעַנְתָּ... *Jehova Deus misericors, & gratiosus, condonans iniuitatem, & defctionem, & peccatum;* & ex ore Dei *JEREMIAS* id ipsum pari modo confirmat, cum redditum ex Babylonica captivitate Judæis prænuntiat *cap. XXXIII. v. 7. 8.* והשכתי את שבות זורורה נארת שבות וישראל ובניהם כבראשנה: וטהרתם מכל עוננות אשר הטא ליס להרתו: *Nam reducam captivam multitudinem Jehudæ, & captivam multitudinem Israëlis, & adificabo eos, ut antea. Et mundabo eos ab omni iniuitate ipsorum, qua peccaverunt mihi, & condonabo omnes iniuitates ipsorum, quibus peccaverunt mihi, & quibus defecerunt a me.*

ולחביין צדק עלמים, *ad adducendum justitiam sacerorum, sive aeternam; hoc est, ad manifestandam denuo aeternam, & immutabilem Dei clementiam, populo suo promissam. Etenim *צדק עולם justitia Dei aeterna, Israëli exhibenda, quid aliud esse potest, nisi conservatio, & corroboratio divina, בrichtה עלם, federis illius aeterni*, cum Abrahamo jam initi, de quo *Genes. XVII, 7. 8. Psalm. CV, 8. 9. 10. 11.* eripiendo populum suum rursus ex manibus hostium, & reducendo in terram patribus ejus promissam?* vel, sicut alibi dicitur, *חסד עולם aeterna Dei clementia, remissione, & condonatione peccati praestertim manifestata: quod optime declarat, & confitetur DANIEL, his ipsis in precibus, quibus hoc de 70. hebdomadibus oraculum a Deo elicuit v. 16, 18:* אָנֹנוּ כָל־צְדָקָתֶךָ שֵׁב־נָא אַפְךָ וּמְתַךָּ עִירְךָ יְוּשָׁלָם *הר קדש... לא על־צדקינו אנחנו מפלים תחנוןינו לפניך Domine juxta omnem justitiam tuam avertat se quofo ira, & excandescens tua, ab urbe tua Hierosolyma, monte Sanctitatis tuae; non justitiae nostre fiducia deponimus nos supplicationes nostras coram facie tua; sed fidit-*

cia magnarum miserationum tuarum. Et reduces ex captivitate Judæi, statim postquam reverterunt in patriam, & templi fundamenta nova jecerunt, id ipsum Davidicis pœnibus suis celebrant; & oraculi veritatem ita confirmant: *Ezra* III,
10. II. *Et fundarunt adiuvantes templum Jehovæ, & con-*
stituerunt Sacerdotes, tubis vestitos, & Levitas, filios Asaph,
cum cymbalis ad laudandum Jehovam, juxta modos Davidis, Re-
gis Iſraëlis; responderunt autem laudando, & confitendo Jehovæ,
כִּי טוֹב כִּי לְשׁוֹלֵם חָרוּץ עַל־יִשְׂרָאֵל
mémenta ejus æterna, coll. Psalm. CXXXVI. v. I. 23. 24.

וְלֹחֶם חָן וְנָכְנָה
ad obſignandum, ſive conſirmandum,
viſionem, & vatem; לֹחֶם, ad obſignandum, paulo ante
idem erat, ac abſcondendum, e conſpectu removendum, tol-
lendum, quæ eft ſignificatio vocis, *Danielis* XII, 4. nunc
Daniel, υρ σαθ הַרְבָּרִים וְחָתָם הַסְּפָר עַד־אַתָּה, occlude
verba, & obſigna librum uſque ad tempus finis, & v. 9. abi Daniel;
כִּי־סְתָמֵם וְחָתָם הַרְבָּרִים עַד־עַת קָ
quia occluſa, & obſignata ſunt verba, uſque ad tempus finis: hic autem חָתָם, ob-
ſignare, idem eft, ac figillo corroborare, & ejus additione cer-
tiorem rem facere; prout Iſebel, Achabi Regis uxor, litteras ad
perdendum Nabothum ſcriptas legitur obſignaffe figillo mari-
ti, i. *Reg. XXI*, 8. וְהַכְתֵּב סְפָרִים בְּשֵׁם אֲחָב וְחָתָם בְּרֹתָתוֹ:
ſcripſit litteras nomine Achabi, obſignavitque figillo ejus, & ad
perdendos primo, poſt ad ſalvandos Judæos litteræ ſcriptæ
dicuntur, & obſignatæ, annulo Régis Achaschveroschi; *Esther*
כִּי־מְלָךְ אֲחַשְׁוֹרָשׁ נָכַח וְנָחָם בְּטֻבָּת המֶלֶךְ.
nomine Régis Achaschveroschi ſcriptum eft, & obſignatum an-
nulo Régis; e. VIII. 10. Et ſcripſit (Mardochaius) nomine
Régis Achaschveroschi, וְחוֹתָם בְּטֻבָּת המֶלֶךְ, & obſignavit
annulo Régis. Oraculum ergo *Jeremia*, de captivitatibus Judaicæ
fine, poſt annos 70. nec pauciores, nec plures eventuro, pra-
dictitur Danieli, certissimo eventu ſuo divinitus iri Comproba-
tum, & obſignatum ita iri divino quaſi figillo; & ſic viſioni

Jeremiæ, & vati ipsi, divinitus inspirato, coelestis auctoritatis robur additum iri.

וְלֹמַדְתָּךְ קָרְשׁ קָרְשִׁים: וְad ungendum Sanctitatem Sanctitatum. קָרְשׁ קָרְשִׁים, Sanctitas Sanctitatum, hoc est, Sanctissimum, אֵתא אֵתא, vocatur interius facri tabernaculi Mosaii, dein templi Salomonei conclave, in quo arca feederis Dei iussu est posita, Exod. XXV, 33. 1 Reg. VI, 16. 2 Chron. III, 8. V, 7. ad Ebraeos IX, 3. 4. sed hoc nomine sacrificium annuum expiatorium quoque vocatur, Exod. XXX, 10. quin ara etiam holocaustorum a Deo sic dicitur, & sacro propterea oleo cum vasibus, ad eam pertinentibus, ungi praepicitur, Exod. XXIX, 36. 37. expiato altare . . . Ungito illud, ad sanctificandum illud. Septem dies expiato super altari, וְsanctificato illud, וְהַר הַמּוֹבֵח קָרְשׁ קָרְשִׁים, ut sit a altare sanctitas Sanctitatum, Exod. XXX, 25. 26. 28. 29. Parato oleum unctionis sacre, . . . eoque ungito . . . altare quoque holocausti, וְomnia vasa ejus, וְlabrum, ac basin ejus, ita sanctificato ea, וְהַר הַמּוֹבֵח קָרְשׁ קָרְשִׁים, ut sint sanctitas Sanctitatum, Exod. XL, 10. וְהַר הַמּוֹבֵח העלה ואה-כָּל-כָּל, ungito etiam altare holocausti, וְomnia vasa ejus, וְsanctificato altare, ut altare sit sanctitas Sanctitatum. Septuaginta ergo annis Babylonicae captivitatis finitis, statim novam inaugurationem, & unctionem futuram esse sanctissimarum rerum, quæ ad Hierosolymæ templum, & sacra ejus pertinerent, in primis sanctitatem illam Sanctitatum, altare nempe holocausti, solemnis sacrificiis inauguratum, facroque oleo unctum iri, Angelus Danieli prænuntiat: & rem prædicto tempore, hoc est, A. M. 3463. accuratissime sic evenisse, ESRA testatur cap. I. v. 1. 2. 3. Anno primo Cyri, Regis Persie, ut impleretur verbum Jehova, dictum ore Jeremias, excitavit Jehova spiritum Cyri, Regis Persie, ut promulgaret voce per omne regnum suum, etiamque scripto, dicendo. Sic ait Cyrus.

Rex Persia. Omnia regna terræ dedit mihi Jehova, Deus coelorum, & hic præcepit mihi, ut ædificem ipsi dominum Hierosolymæ, que est in Iudea. Quisquis inter vos est de omni populo ejus, sit Deus ipsius cum ipso, & ascendat Hierosolymam, que est in Iudea, & ædificet dominum Jehovæ, Dei Israëlis. Hic est Deus, qui est Hierosolymæ (habitans.) v. 5. Surrexerunt ergo capita Patrum Iehuda & Benjamini, & Sacerdotes, atque Levitæ, cuiuscunque Deus excitavit spiritum, ut ascenderent, ad ædificandum dominum Jehovæ, qui est Hierosolymæ (habitans.) cap. III. v. 1-6. Cum autem advenisset mensis septimus, & Israëlitæ essent in urbibus suis: congregati sunt populus, sicut vir unus, Hierosolymam. Et surrexit Jeschua, filius Jozadak, & fratres ejus Sacerdotes, & Serubbabel, filius Schealthielis, & fratres ejus, & ædificarunt altare Dei Israëlis, ad offerendum in eo holocausta, secundum id, quod scriptum est in lege Mosis, viri Dei; & constituerunt altare super basibus suis, -- ac obtulerunt in eo holocausta Jehovæ, matutina, & vespertina; & fecerunt festum tabernaculorum, secundum id, quod scriptum est; & holocaustum diei in diem, pro numero (præscripto) secundum morem; quod eusque erat diei, die suo: postea vero holocaustum juge, & in noviluniis, & in omnibus statim temporibus, Jehovæ sanctificatis; & pro omni, qui sponte obtulit voluntariam oblationem Jehovæ; & die primo mensis septimi cœperunt offerre holocausta Jehovæ.

§. VI.

Probata sic prima, simplicique oraculi Danielis sententia; jam altera figurata quoque probanda est; simplicis primæ sententiae involucro tecta. Hujus investigandæ ratio cum pendeat omnis ex definitione LXX. *Hebdomadum*, id est, ex cognitione, i. quantum temporis spatium illæ comprehen-

dant; 2. quo termino incipient, desinantque; hæc primum omnium notio evolvenda nobis est, & explicanda; quam si evolverimus, si explicuerimus, totius dein oraculi sententiae est applicanda.

Hebdomas, שְׁבָע, quæ septem dierum spatium alias significat, hic in *Danieli* vaticinio diversa, triplici significacione accipitur; designat enim 1. annum, 2. annos septem, 3. annos septuaginta. Quam quidem diversam unius vocis in uno oraculo acceptiōnem nemo mirabitur, qui perpendere, præter morem oraculorum, quæ futurarum rerum eventus studio obscuritate quadam involvunt; ipsi voci שְׁבָע, *hebdomadi*, synonimam interdum esse, & permutari cum ea, vocem שְׁבַת, *Sabbathum*; veluti *Levit.* XXIII, 15. 16. ubi de festo hebdomadum, post septem hebdomadas, a secundo die Paschatis numerandas, celebrando. *Deinde numerabis* vobis a postero die *Sabbathi* (Paschalis,) a die, quo attulisti manipulum agitationis: שְׁבַע שְׁבָתוֹת חִמֵּת תְּרוּנָה, septem Sabbathi, (id est, hebdomades,) integra erunt; שְׁבַע מִמְּרַת הַשְׁבָת הַשְׁבִּיעָת, (id est, hebdomadis,) septimi, numerabitis quinquaginta dies, offeretisque *Jehovæ oblationem novam*; quod clare sic interpretatur *Deuteronomium* c. XVI, v. 9. שְׁבַע שְׁבָתוֹת חִסְפָּר Septem hebdomades numerabis tibi; ex quo caperit falsi (immitti) in segetem, incipes numerare שְׁבָתוֹת septem hebdomades: Et facies festum hebdomadum *Jehovæ*, Deo tuo c: & *JOSEPHUS Antiquitat. Judaic. Libr. III. c. 10.* τὴν δὲ δεκά-

c) Sic σαββατον, *Sabbatum*, etiam in græca lingua hebraizante pro hebdomade ponitur *Luc.* XVIII. 12. ὥραιν δις τὸν σαββατον, jejuno bis per hebdomadem; & πέντε σαββατων *Matth.* XXVIII. I. *Marc.* XVI. 2. *Luc.* XXIV. I. *Johann.* XX. I. *1 Cor.* XVI. I. est manifesta prima dies hebdomadis, voce εἰτ, μία, etiam pro significatiōne Ebraice vocis שְׁבָת, שְׁבָע, que sæpe non unum tantum, vel unam, sed & primum, primam, denotat, accepta. *Gen.* VIII. 5. *Levit.* XXIII. 24. *Numer.* XXIX. I. XXXIII. 38. &c.

εἰς τῶν ἀδύμων ἡμέρα, -- τῶν καρπῶν, -- εἰς ἐθέρισταν, -- μέλαι
λαμβάνεστι. καὶ τὸν Θεὸν ἡγέμενοι τιμᾶν δίκαιον εἶναι πρῶτον,
παρ' ἣ τῆς εὐσεβίας τέταν ἔτυχον, τὰς ἀσταρχὰς αὐτῷ τῆς
κορθῆς ἐπιφέρεστι. --- ἐδόμης δὲ ἐδομάδος διαγεγενημένης με-
τὰ ταῦτην τὴν θυσίαν, αὐταῖς δὲ εἰών αἱ τῶν ἐδομάδων ἡμέραις
τετσαράκοντα καὶ ἑννέα, τῇ Πεντηκοσῇ . . πρεστάγοσι τῷ Θεῷ
ἀγτροῦ. Secunda vero Azymorum die . . ex frugibus demessis . .
capiunt; ac aequum esse rati Deum primo honorare, a quo re-
rum harun copiam acceperunt, hordei primitias ei offerunt. . .
Septima vero hebdomade post hoc sacrificium transacta; (*ha*
autem sunt hebdomadum dies quadraginta novem,) quinquage-
fima die offerunt Deo panem. Jam vero ipsum Iudeorum
שבת, Sabbathum, preter ordinarium septimi diei festum,
Exod. XX, 10. veluti per triplicem significatus ejusdem vo-
cis gradationem, tria alia ordinaria diversorum, amplio-
rumque semper, septem temporum festa significat, populo Is-
raelis a Deo præscripta. Est enim 1. de quo modo dixi-
mus, *Sabbathum septem hebdomadum*, id est festum 49. die-
rum, quo singulis annis primitias frugum Deo offerre sole-
bant: *Exod.* XXXIV, 22. *Levit.* XXIII, 15. 16. 17. 21.
Deuteron. XVI, 9. 10: est 2. *Sabbathum anni septimi*, quo
ab agricultura omni terra debebat quiescere, *Levit.* XXV, 4.
ובשנה השבעת שבת שבחון רוחה לארץ שבת לירוחה
Sed in anno septimo Sabbathum Sabbathi erit terre; Sabbathum
Jehouæ: est 3. *Sabbathum anni quinquagesimi*, septem Sab-
batha annorum, vel 49. annos, complexi, id est, annus Jubil-
leus, quo ad pristinos dominos immobilia bona redire sole-
bant; *Levit.* XXV, 8. *Inde numerabis tibi שבע שנים שבת שבחון רוחה לארץ שבת לירוחה*
פעמים שבע שבתות שנים והיו לך ימי שבע שבתות השנהם:
Septem Sabbathi annorum, septem annos
septem vicibus, ut sint tibi septem Sabbathi annorum, novem וְ
quadraginta anni, -- v. 10. וְsanctificabitis annum quinqua-
gesimum. Hinc non incongruum, non a divinæ Scripturæ genio,

nec hinc a captu Danielis alienum, etiam voce שׁבּוֹעַ, *hebdomadis*, pro conditione rerum, quæ ea comprehenduntur, triplicem veluti temporis gradationem designari ab Angelo, & cum tria uno oraculo indicentur Danieli; eventus certissimus vaticinii Jeremieæ, de Babylonicae captivitatis periodo editi; dein, quæ sub ejus periodi imagine latent, primum, longe maxima olim expiatio omnis peccati, post, illustrissima etiam restauratio Hierosolymæ; non absconum profecto, in triplici hac indicatione rerum, etiam triplici sententia hebdomadem, primo, pro singulis septuagennalibus periodi annis; post crescendo, pro septem annis; tandem, pro integra etiam septuagennali periodo accipi. Quod quidem eo verius esse videbitur, quo certius, eam hebdomadum interpretationem cum aliis Scripturae Sacrae locis, ipsiusque Danielis oraculis amissime conspirare.

Etenim שׁבּוֹעַ, *hebdomadem*, annum primo designare, fatis ex eo patet; quod Danieli summa sollicitudine in Babylonicae captivitatis finem, ad editum Jeremieæ de 70. ejus annis vaticinium, inquirenti, Angelus de celo missus, & solando animo ejus serviens, annos ipsos captivitatis, a Deo dimensos, 70 שׁבּועים, 70 hebdomadas, appellat: sicut §. 5. ostendimus: dein שׁבּוֹעַ, *hebdomadem*, etiam septem designare annos, prolatus modo ante locus ex *Levit.* XXV. 8. demonstrat; ubi clare; *sint tibi septem Sabbathæ annorum*, (quod idem est, sicut paulo ante probavimus, septem annorum hebdomades,) *novem et quadraginta anni*: tandem שׁבּוֹעַ, *hebdomadem*, etiam Septuaginta annorum periodum denotare, ex DANIELIS VII. 25. colligi potest; ubi in Romanorum Cæsarum, Christianæ fidei hostium, potestatem sanctos datum iri, עֲדָן וְעֲדָן וְלִגְעָן, *usque ad tempus placitum, et tempora, et dimidium temporis*, DANIELI a Deo prædictur; tempus vero placitum hic per septennarium quoque computari numerum, & 70. comprehendere annos, a fine 70. Danielis hebdomadum, & ultima Hierosolymæ obsidione computatos,

putatos, fatis clare ex *Joannis Apocalypsi* potest ostendi, ubi vaticinium idem multiplicatis visionibus amplificatur, & aperi-
tius aliquanto declaratur, cap. XI. XII. XIII. Nam *Danieli* cap. VII. primo *Belsazeris*, sive *Evilmerodachi*, Assyriorum
& Babyloniorum Regis anno, sub imagine quatuor anima-
lium quatuor orbis imperia representantur, sibi invicem ab
eo tempore successura, Assyriacum; Medicum, Assyriaco mi-
nus; coll. *Daniel* II. 39. V. 28. 31. Persicum; Græcum;
quod in decem regna dein divisum, tribus suis partibus,
hoc est, tribus insignibus regnis, Macedonico, Syriaco,
Ægyptiaco, Romani exsurgentis imperii nova potentia ob-
ructur. Romanum hinc imperium, novi erumpentis cornu
imagine adumbratum, tria Græci animalis cornua fistit
proturbare; Altissimo rerum omnium Regi maledicere, San-
ctos ejus atterere; qui Dei decreto potestati ejus permittentur
per *tempus*, & *tempora*, & *dimidium temporis*. Tempus au-
tem illud incipit ab A. Chr. vulgaris ærae 68. ex quo Dei
Ecclesie jam publico sacrorum cultu, quem unum habebat
Hierosolymæ, prorsus privata est; & fugit, & latuit abhinc
velut in solitudine; *Flavio Vespasiano* nempe jam Hierosoly-
mæ aditus tum omnes obsidebit; *JOSEPHUS de bello Judaico*
IV. 9. & quotquot in ea urbe, & per Judæam omnem, CHRI-
STO dederunt nomen, jam Pellam trans Jordanem fuga dela-
tis, *EUSEBIUS Histor. Eccles. Libr.* III. c. 5. Tum, inquit jam
Apocalypsis, XII. 14. ἐδόθησαν τῇ γυναικὶ δύο πλέρυγες τῷ αἰτεῖ
τῷ μεγάλῳ, ἵνα πέτηται εἰς τὴν ἔρημον, εἰς τὸν τόπον αὐ-
τῆς, ὅπερ τρέφεται ἐκεὶ KAIPON, καὶ KAIPΟΥΣ, καὶ ἩΜΙΣΤ
KAIPOT, ἀπὸ προσώπου τῷ ὄφεως; datae sunt mulieri duo ale-
aquila magna, ut avolaret in desertum, in locum ipsius, ubi
nutriretur tempus, οἱ tempora, οἱ dimidium temporis; &
hoc idem tempus, est tempus illud divini & fatidici anni,
& biennii, & dimidiati anni; sive dierum 1260; sive men-
sium 42; singulis scilicet mensibus triginta dierum tempore

D

computatis; quo Christiana Ecclesia, mulieris, quæ Christum peperisset, imagine descripta, in solitudine a Deo nutritum iri prædictitur dies 1260. *Apocalypsi. XII. 6.* ή γυνὴ ἡ θυγέτης τῆς ἔρημου, ὅποι εἶχε τόσους ἡτομασμένους ἀπὸ τῆς Θεᾶς, ἵνα ἐκεῖ τρέφωσιν αὐτήν ἩΜΕΡΑΣ ΧΙΛΙΑΣ ΔΙΑΚΟΣΙΑΣ ἘΣΗΚΟΝΤΑ, mulier fugit in desertum, ubi habet paratum a Deo locum, ut nutritur ibi dies mille ducentos sexaginta; idem est tempus, quo urbem sacram per 42 menses conculcabunt Gentiles, id est, publicum facrorum Christianorum cultum prohibebunt, & infestabunt. *Apocalypsi. XI. 2.* idem illud est tempus, quo duo sacrae fidei testes insignes, *Mosis & Eliae* similes, cilicis induiti, per dies 1260 oracula sacra edent; id est, duo cœtus, tum ex Judæis, Deo fidelibus, tum paganis, Christo collecti, &, sicut vocantur *Apocal. XI. 4.* δύο ἑλαῖαι, δια olea, nempe, καλλιέλαιος, & ἄγριέλαιος, olea, & oleaster, oleæ insertus, & indolis, & dulcedinis ejus factus particeps, *Rom. XI. 17.* ambo inter magnas temporum angustias perpetuum Christianæ fidei testimonium præbebunt, *Apocalypsi. XI. 3 - 6.* idem denique illud est tempus, quo animal septem capitum, & decem cornuum, cui armorum viribus par nemo inventus est, in Sanctissimum Numen, id quod *Daniel ipsum cap. VII.* vaticinatus est, maledictiones evomet; bellumque inferet Sanctis, per menses 42, & vi eos opprimet; hoc est, quo paganum Romanorum imperium, longe lateque populis orbis terra vi armorum suorum domitis, sanctum CHRISTI nomen maledicis verbis, contumeliisque lacerabit, perpetuoque furore, & cladibus, Christianæ fidei infestabit.

Hoc autem tempus, cum temporibus, & dimidio temporis; hunc annum, cum biennio, & dimidio anni; hos dies 1260; hos quadraginta duos menses, periodum annorum septuaginta, & bis septuaginta, sive 140. annorum, & dimidiis annorum septuaginta, sive 35. annorum; hoc est, summatim, 245. annorum spatium illud complecti, quo sa-

cer Dei unius, & CHRISTI, cultus per orbem terrarum publica libertate caruit, uno veri Dei templo, quod Hierosolymæ erat, sublato, & Christianis Ecclesiis a Romanis Imperatoribus ferro, carceribus, suppliciis perpetuo vastatis; nemo dubitaverit facile; qui perpendere, & numerare voluerit annos, a Christiani cultus exilio lapsos, usque ad libertatem plenam illam sacrorum, Christianis Ecclesiis per orbem terrarum Constantini M. temporibus redditam. Sunt enim ab A. C. vulgaris æræ 68. quo Judæa omni, & Hierosolyma, jam fugerunt Christiani omnes, Judæorum ante facris, & cultui, quod ex Actor. XXI. 20. 26. patet, hucusque semper permixti, usque ad restitutam Christianis libertatem plenam sacrorum, Constantini & Licinii Imperatorum edicto, A. C. 313. Constantino III. & Licinio III. Coss. concessam, testibus fidis hujus rei LACTANTIO de mortibus persecutorum c. 48. & EUSEBIO Hist. Eccles. Libr. IX. c. 9. X. c. 5. exacte anni 245. Itaque, si שבע, tempus Deo placitum; tempus a Deo dimensum; Danieli, generali suo nomine 70. annorum periodum designat; & haec 70. annorum periodus in Apocalypsi Johannis, fatidica voce, unius tantum anni, duodecimve mensium tantum, nomine designatur; quid impedit, quin eidem Danieli שבע, hebdomas, quæ est etiam שבע, tempus placitum, & a Deo dimensum; cum in oraculi denuntiatione, sicut demonstravimus, modo annum, modo septem annorum spatium designet, etiam tertia significatione sua septuaginta annorum periodum ibi denotet? nempe temporis eam mensuram, Dei decreto, Babylonici Judæorum exilii terminos complexam; & hinc opportune ad metienda futurorum etiam fatorum tempora rursus adhibitam; præsertim, cum, quod paulo ante vidimus, & uberioris adhuc infra §. XV. probabimus, divina & Danielis, & Apocalypseos, oracula ab ipso Danieli hebdomadum fine, etiam eadem illa, quæ modo exposuimus, שבע, קαιρוֹן, Kairos, Καιρός, tempus, & tempora, pari computatione per 70. annorum periodos semper computent.

D 2

§. VII.

Singularum *Danielis* Hebdomadum 70 postquam spatia probavimus; jam termini etiam universim, finisque, quibus concluduntur omnes, unde omnium 70. periodus incipit, ubi omnium desinit, nobis examinandi, probandique jam veniunt. Et quidem perpendenti bene oraculum illud statim patebit; hebdomadum 70. finem non unum, eundemque, sed duplum, diversumque hic figi. Alius est enim hebdomadum 70. finis, qui definit magna condonatione, & expiatione omnis peccati; qui legitur *versu* 24. cap. IX. & CHRISTI morte, & sacrificio terminatur: aliis est finis 70. hebdomadum, qui ultra CHRISTI sacrificium pertingit usque ad illius hebdomadis exitum, quo CHRISTUS Judaico populo confirmare foedus suum desinet, mittetque exercitus suos, Judæorum urbem & sacra deleturos, qui legitur *versibus* 26. & 27, & Hierosolymæ obsidione, & excidio postea finitur. Qui quidem duplex, diversusque hebdomadum finis, tanto minus videbitur dubius, quanto magis ille etiam precibus *Danielis*, duo a Deo potentis, & dupli ad istas preces, diversaque Angeli denuntiationi, tum de condonatione peccati, tum de Hierosolymæ, sacrorumque ejus restauracione, respondet. Jam si diversus est hebdomadum 70 finis, & utriusque beneficio Dei, & condonationi magnæ, expiationique peccati, & restauracioni sacræ Hierosolymæ, æquis tamen 70 hebdomadum terminus constitutus est; necesse profecto sequitur, etiam initium 70 hebdomadum utrobique duplex, diversumque hiac esse. Nam cum *Danieli* Angelus dicat, septuaginta hebdomadum initium esse numerandum ab edicto, quo feretur, ut Hierosolymæ moenia restaurarentur; &, quod mox ostendemus uberioris, satis bene computetur initium illud a septimo Artaxerxis I. Persarum Regis anno, edictoque tum temporis a Rege isto lato, de sacro cultu Hierosolymæ restaurando: si ab eo die, id est, A. M. 3544. septuaginta annorum hebd-

madas, sive septies septuaginta annos numeraveris; opportune incides in Annum M. 4034, qui est Annus mortis CHRISTI, & hinc terminus aptissime congruens magnæ expiacioni peccatorum generis humani. Quodsi ab hoc termino differt, sicut revera differt, longiusquæ porrigitur, terminus ultimus restauratæ fossæ, plateæque Hierosolymæ; quippe, qui ablato urbi patrocinio CHRISTI, & proxime insequenti urbis, & facrorum ejus excidio demum desinit; & sic ultra mortem CHRISTI, quod clarissime constat, & suo loco amplius probaturi fumus, 35 circiter annorum intercapidine distat; certe initium restauratæ sacræ Hierosolymæ, cuius finis imminentि excidio ejus terminatur, non ab eodem Artaxerxi I. edicto, & A. M. 3544. potest sumi; sive paria utrobique, sive diversa 70 hebdomadum singularum spatio computes. Nam si paria utrobique computes, pari momento temporis & terminum magnæ expiacionis peccati, & restauratæ sacræ Hierosolymæ, & incipere, & finiri esset necesse: quod ultimum est, sicut ante modo vidimus, Danielis oraculo manifesto contrarium; & si diversa computes, tum quidem restauratæ sacræ Hierosolymæ vel minora prioribus hebdomadum spatio, vel majora numerabis. Si numeraveris minora, tum restauratæ sacræ Hierosolymæ finis, & Hierosolymæ ipsum excidium, longe ante mortis CHRISTI tempora, & magnam peccatorum expiacionem cadet; quod non Danielis tantum oraculo, sed omni temporum ordini contradicit; at si majora volueris, cum hebdomadas ante ostenderimus varia significatione, vel anni tempus, vel septem annos, vel annos septuaginta, divinis oraculis designare; & tu ab Artaxerxi I. edicto 70. hebdomades pro septies septuaginta annis usque ad magnam peccatorum expiacionem computaveris; si jam ab eodem edicto, id est, A. M. 3544. 70 hebdomades majori, quam septem, adeoque septuaginta annorum, spatio dimensus sis, usque ad abdicatum a Deo præsidium urbis Hierosolymæ, populique & facrorum ejus factam hostibus ejus ditionem;

te senties, invito, contrarioque Danielis oraculo, longissime ultra tempus Hierosolymitanæ urbis, & sacrorum ejus excidii, esse deventurum. Igitur si Danieli denuntiatur *versu* 25, figuratae significationis oraculi, & computationis 70 hebdomadum, initium esse sumendum ab edicto, quo restitui, quo restaurari Hierosolyma jubetur; jam clare ex modo dictis concludes, edictum illud non unum, idemque, sed duplex intelligi; ad quod Danielis, eorumque, qui legent ejus oraculum, animus deberet attendi; & quidem eo certius, cum ostendi facile possit, duplicitis dicti talis interpretationem de restauranda & restituenda Hierosolyma, oraculis Sancti Spiritus, & divinæ Scripturæ genio convenire.

§. VIII.

Etenim id primum omnium adverti velim, cum divina oracula de ædificatione, de restauratione Hierosolymæ loquuntur, animosque illuc mortalium ad attendenda Dei beneficia excitant; non tam muros urbis, & moenia, non lapides, vicos, domos ejus curare; quam cogitare in ædificatione ista aliquid celsius, & divini Numinis beneficiæ summæ dignius; nempe ædificationem, & restaurationem illam sanctissimi cultus, quo gratia Dei infunditur animis, quo summa felicitas hominis, & æterna salus mortalium nititur; qua quidem sententia DAVIDES implorat Deum, ut Hierosolymæ muros ædificet, *Psalms* LI. v. 20. 21. Domine, benefac pro voluntate tua Zioni, ædifica muros Hierosolymæ, tunc deletaberis sacrificiis iustitiae, holocausto, & adusto, tunc offerent super altare tuum iuvencos. Et quod intendit etiam DANIEL in ipsis precibus illis ad Deum, ante oblatum sibi oraculum factis, *cap. IX.* v. 17. Audi Deus noster, orationem servi tui, & preces ejus, & fac, ut luceat facies tua super sanctuarium tuum, quod desolatum est, propter Dominum. V. 18. 20. 21. Cum deponerem preces meas an-

te Jehovam, Deum meum, pro monte sanctitatis Dei mei,
 cum adhuc loquerer in precatione mea, vir Gabriel . . . per-
 tigit ad me. Hinc cum Gabriel Danielem numerare jubeat 70.
 hebdomadas magnorum, memorabilissimorumque populi sui
 fatorum, ab edicto, quod de restauranda, restituendaque Hiero-
 solyma feretur, edictum illud sublimi sua, & divina si-
 gnificatione de nova, plenaque restauratione sacrorum com-
 mode, & opportune potest intelligi. Jam nova illa restitu-
 tio, restauratione sacrorum post finitum Judæorum Baby-
 lone exilium duplex omnino occurrit; prima Persarum Re-
 gum, Cyri, Darii Hyrcanis, Artaxerxis I. edictis est facta;
 quorum Cyrus templum Hierosolymæ restitui jussit primo im-
 perii Babylonici sui anno, id est, A. M. 3463. Esra I. 1-4.
 quod cum adversariorum artibus impeditum aliquantum fuisset,
Esra IV. 1-5. id repetitum, fancitumque denuo fuit
 a Dario Hyrcane, anno regni ejus secundo, A. M. 3482.
 templumque Hierosolymæ tandem restauratum, sexto Darii
 Regis anno, A. M. 3486. *Esra* IV. 24. VI. 1-15. donec ple-
 nissima tandem restauratio sacrorum Artaxerxis I. edicto san-
 cta est, septimo Regni illius anno; quo non tantum immu-
 nitas data fuit sacerdotibus, cunctisque sacro Dei ministerio
 addictis; sed & toti Judæorum genti, Mosaicæ legis, omnium
 que sacrorum ejus, plenissimus cultus, cum omni jurisdictione,
 vitaque & necis, secundum eam statuendæ, potestate
 summa concessus est: sic enim legitur *Esra* c. VII. v. 6-9.
Esra ascendit Babylone, . . . ascenderuntque ex Israëlitis, &
 Sacerdotibus, ac Levitis, & Cantoribus, & Janitoribus, Ne-
 thinæisque Hierosolymam, anno septimo Artaxerxis Regis; perve-
 nit autem Hierosolymam mensē quinto, qui annus septimus erat
 Regi: siquidem primo die mensis primi ipse fuit auctor ascen-
 dendi Babylone; primo autem die mensis quinti pervenit Hiero-
 solymam. v. II. Hoc autem est exemplum decreti, quod de-
 dit Rex Artaxerxes *Esra* sacerdoti, legis perito, perito rerum,
 quas præcipit Jehova, & statutorum ejus in Israële. . . v. 21.

A me, me, Artaxerxe Rege, constituitur lex omnibus questoribus,
 qui estis trans flumen; ut quicquid postulaverit a vobis Esra sa-
 cerdos, peritus legis Dei caelestis, illico efficiatur. v. 24. 25.
26. Item notum vobis facimus, illis Sacerdotibus aut Levitis,
 Cantoribus, Janitoribus, Nethinis, canonem, tributum, &
 vectigal, non licere imponere. Tu autem Esra pro sapientia Dei
 tui, quæ tibi ad manum est, constitue judices, & causarum
 cognitores, qui causas cognoscant, in toto populo, qui est trans
 flumen, ex omnibus, qui sciunt leges Dei tui, & qui nesciunt,
 eum docetote. Quicunque vero non fecerit legem Dei tui, &
 legem Regis, illico judicatum fiet de eo, sive morti, sive exter-
 minacioni, sive multæ facultatum, sive vinculis adjudicetur.
 Longe nobilissima vero, & magnificentissima omnium restau-
 ratio sacrorum, altera fuit illa, quæ CHRISTO conditore est
 facta, & quam sacri vates præcipue multiplicatis oraculis no-
 væ extrictionis Hierosolymæ, templique novi ædificandi,
 imagine hominibus annuntiant, & Spiritus Sanctus mani-
 feste de coetu, & civitate Sanctorum, per omne genus huma-
 num, a CHRISTO, & in CHRISTO, ceu quadrangulari lapide
 suo, fundanda, fulcienda, sustentanda, animanda, perficien-
 da, interpretatur. De hac ædificatione DAVIDES vaticinatur
Psalm. CII. v. 13 - 17. Tu Jehova . . surges, misereberis Zionis,
 quia tempus est faciendi gratiam ei, nam venit tempus statu-
 tum, quo delectentur servi tui lapidibus ejus, & pulverem
 ejus gratum habeant, ut timeant gentes nomen Jehovæ, &
 omnes Reges terræ gloriam tuam, quod ædificaverit Jehova Zionem,
 & apparuerit in gloria sua. Zionem vero montem eum
 fuisse Hierosolymæ, in quo regia Davidis fuit posita, Davi-
 dis civitas hinc dicta, ex *2. Samuel. c. V. v. 7. 9. I. Chron.*
c. XI. v. 5. 7. &, in quo Dei templum a Salomone, nempe in
 colle Zionis, Moriah, fuit extructum, ex *2. Chron. III. I.*
Psalm. XLVIII. 2. 3. Esaj. VIII. 18. vulgo notum est: hinc
 cum Zionem, civitatemque Davidis, Deus testatur ore
Anno IX. II. 12. se refecturum esse, & restauraturum magni-
 fice,

fice, & per Jesajam, c. XXVIII. 16. se pretiosissimum, & probatissimum lapidem pro fundamento Zionis esse positurum; & Psalmo Davidis CXVIII. 22. 23. lapidem ab Architectis reprobatum divina sententia angularem fundamenti omnis lapidem esse constitutum, & per Zachariam VI. 12. 13. templum se per virum Zemach, id est, Germen, esse extructurum, & per Jeremiam XXXIII. 15. 16. Zemach illum, sive Germen, Davidis esse germen, & id germen, JEHOVAM esse ipsum, justitiam nostram; omnia ista oracula clarissime CHRISTUM sacras civitatis novae conditorem designant. Spiritus certe Sanctus manifesto declarat in Hierosolymitano Apostolorum concilio, Actor. XV. 16. civitatem illam Davidis, ab Amoso designatam, quam Deus annuntiat a se iri refectum, esse civitatem illam Dei novam, CHRISTI vocatione omnibus gentibus patefactam: per probatissimum illum lapidem, a Davide, & Jesaja, descriptum, ab Architectis reprobatum, Deique judicio angularem lapidem Zioni datum, CHRISTUS ipse profitetur, se esse denuntiatum, Matth. XXI, 42. Marc. XII, 10. 12. Luc. XXII, 17. & confirmat ex Magistri sententia Petrus, oratione ad Hierosolymæ synedriu magnum dicta, Actor. IV, 11. & epistola ad Ifraëlitas Christianos, per gentes dispersos, scripta I. Petr. c. 2. v. 3. 6. 7: & per templum illud Zacharie, a Zemach ædificandum, filio Davidis, JEHOVA; qui est nostra justitia; cum intelligi nemo possit, nisi Servator humani generis CHRISTUS, in quo posita est uno, soloque, hominum omnis justitia, Rom. III, 21. 22. X, 4. 2 Corinth. V, 19. 21. & extruenda ab eo Sanctorum ecclesia; id ipsum etiam ita CHRISTI Apostolus PAULUS interpretatur, & denuo civitatis illius Sanctæ, templete sacri angularem, firmissimum lapidem, CHRISTUM esse docet, epistola ad Ephesios II, 19-22. ἀρα δὲ ἐκέτι εἴπει Χένος καὶ πάροιος, ἀλλὰ συμπολίται τῶν ἀγίων, καὶ ὄμειοι τῷ Θεῷ, ἐπωικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ Θεμελίῳ τῶν ἀποσόλων καὶ προφήτων, ἕντες ἀκρογνωματίας αὐτῷ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾧ πᾶσα ἡ ἐπωικοδομὴ συν-

αρμολογημένη ἀντείς νεὸν ἄγιον ἐν Κυρίῳ. ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνιστορεῖσθε εἰς καλοκηπήρου τῷ Θεῷ ἐν πνέυματι. Quare non amplectimur eis peregrini, οὐ advenae, sed cives cum sanctis, ac domestici Dei, superaedificati super fundamento Apostolorum, οὐ Prophetarum, cuius angularis lapis est Jesus Christus, in quo totum aedificium probe coagmentatum, crescit in templum sanctum in Domino; in quo etiam vos una aedificamini in habitaculum Dei in Spiritu. Et hinc nova illa Zion fœcundissima mater dicitur fore gentium, quæ convertentur ad Deum; & magnifice a Deo fundatum iri in justitia; Jesaj. XLIX, 14. 21. 22. LIV, 1. 11. 12. 13. 14. quod oraculum Ecclesiam, a CHRISTO fundatam, ceu tot mille fidelium matrem, τὴν ἀντεργοτάλημ, caelestem Hierosolymam, designare, PAULUS indicat Galatis, epistola cap. IV. v. 26. 27: & sic vicissim, cum Ecclesiam CHRISTI describit, cui accesserint Ebrei, ad CHRISTUM perduci, accessisse eos dicit Σιων ὁρει, καὶ πόλει Θεῷ ζῶντος, ἵεροτάλημ ἐπεργανία, monti Sioni, οὐ civitati Dei vivi, Hierosolyma caelesti, ad Ebreos XII. 22. 23. & ipsa nova Hierosolyma, caelestis civitas Sanctorum, domiciliumque illud splendidissimum, quod a Deo iis paratum est, representatur hinc JOHANNI, Apocalypſ. XXI. 14. in duodecim CHRISTI Apostolis, ceu fundamentis suis, esse aedificatum.

Itaque, si 70. hebdomades, a nova Hierosolyma restauratione computandæ, non ab uno sumi, computarique possunt initio; & sicut duplex hebdomadum earum finis, sic duplex exordium quoque earum censendum est; & Hierosolymæ urbis restaurationes potissimum, duæ præcipue occurrant; altera minor, Artaxerxis I. edicto, altera longe maxima, Dei ipsius edicto, & aedificatione Dei effecta; non ineptum profecto erit, 70. hebdomadum Danielis duo initia, alterum ab Artaxerxis I edicto, sive A. M. 3544; alterum a caelesti denuntiatione, Sacrae Virgini facta, de CHRISTI conceptione, ejusque in carnem adventu, id est, A. M. 4000, numerare,

præcipue, si, quod nunc paramus ostendere, hæc interpretatio
optime etiam cæteris oraculi Danielis rationibus congruit.

§. IX.

Scilicet, cum probaverimus hucusque, LXX. *hebdomades* Danielis significatione figurata tripliciter accipi; unamque hebdomadum mox annum, mox annos septem, mox septuaginta designare annos; & cum duplex earum esse initium, duplaremque finem earum esse demonstraverimus, & sic non spatia tantum hebdomadum singulatim, sed generatim terminos etiam, unde omnes 70. incipient, quo pertingant omnes, ostenderimus; nihil jam amplius supereft nobis, quam ut ea, quæ toti probationi nostræ ceu principia præposuimus, exposta ante jam prima, simpliciè oraculi sententia, nunc figuratæ etiam illius interpretationi applicemus; & ex facili ex principiis istis interpretatione, sic ipsa viciissim ista principia novis quasi rursus fundamentis fulciamus.

* * * *

שבועים שבעים נחזר על־עمرך ועל־עיר קרשׁ Septuaginta hebdomades (id est, septuaginta שבעת שנים, ut Levit. XXV, 8. legitur: 70. annorum hebdomades, 490. anni,) decisæ, (sive definite sunt a Deo exactissime,) super populum tuum, וְsuper urbem sanctuarii tui, (a te culti.) לכלה רפshaן ad cobendum, וְabolendum defecitionem, וְad obsignandum peccata, וְexpiandum iniiquitatem; hoc est, quibus novum illud Dei, & glorioſiſſimum foedus, JEREMIÆ vatis, cui tu animum tantopere intendis, oraculo prædictum, populo tuo manifestabitur; quibus morte & sacrificio divini Salvatoris, magnificenſiſſima, & liberaliſſima condonatione Dei, æternaque oblivione, delebuntur peccata humani generis; omnibusque tanto Numinis beneficio tactis infundentur nova vires Spiritus Sancti, ad amanda, & servanda, summa animi cupidine, legis divinæ præcepta; ut ſic

וְרֹאשׁוֹן, largissima hic interpretatione, una voce utrumque, & cohibenda, & abolenda generis humani peccata denuntur; interpretante sic ipsum illud JEREMIÆ vaticinium, cap. XXXI, v. 31. sq. latum, PAULO, CHRISTI Apostolo; & condonationem criminum, triplici Dei confirmatione de novo, in hoc ipso nostro Danielis oraculo, mortalibus assertam, unius IESU CHRISTI de genere humano meritis applicante, epistola ad Ebreos cap. VIII. ubi de CHRISTO, v. 6. 8. 10. 12. κριτίονός ἐστι διαθήκης μεστῆς, . . μεμφόμενος γάρ αὐτοῖς λέγει, οὐδὲ, τίμερας ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συνθέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ιουδα διαθήκην κατέν. . . ὅτι αὐτῇ η διαθήκη, ἢν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ μετὰ τὰς ἡμέρας ἑκείνας, λέγει Κύριος, μὸλις νόμος με εἰς τὴν διανοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτές, καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεὸν, καὶ αὐτοὶ ἔσονται μοι εἰς λαόν. . . ὅτι ἕλεως ἔσομαι ταῖς αἱδίκαιαις αὐτῶν, καὶ τῶν ἀμαρτιῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν, & μὴ μηδὲν ἔτι. Melioris fiederis sponsor est . . reprehendendo enim illis dicit: Ecce dies veniunt, ait Dominus, Ἡ perficiam super domum Israëlis, Ἡ super domum Iudea fædus novum, . . quia hoc est fædus, quod sanciam domini Israëlis post dies illos, inquit Dominus; indam leges meas in mentem eorum, Ἡ in cordibus eorum inscribam eas, Ἡ ero eis Deus, Ἡ ipsi erunt mihi populus - - quia propitius ero iniustitiis eorum, Ἡ peccatorum eorum, Ἡ iniquitatum eorum non recordabor amplius. Et iterum cap. X. v. 10. 14. 15. 16. 17. ηγιασμένοι ἔσμεν διὰ τῆς προσφορᾶς τῆς σώματος τῆς Ἰησοῦ χριστοῦ ἐθαύμαξ. . μιᾶ γὰρ προσφορᾶς τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τῆς αἰγιαλούντος μαρτυρεῖ δὲ ἡμῖν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον. μετὰ γὰρ τὸ προειρηκεν αὐτῇ η διαθήκη, ἢν διαθήσομαι πρὸς αὐτὸς μετὰ τὰς ἡμέρας ἑκείνας, λέγει Κύριος, μὸλις νόμος με εἰπεῖ ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῶν διανοιῶν αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτές, καὶ τῶν ἀμαρτιῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἀνομιῶν

αὐτῶν, & μὴ μηδὲ ἔτι. Sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel, semperque . . . una enim oblatione consummavit in perpetuum eos, qui sanctificantur. Testimonium vero etiam prebet nobis Spiritus Sanctus; postquam enim prædixit; hoc est fœdus, quod sanciam domini Israëlis post dies illos, inquit Dominus; indam leges meas cordibus eorum, & mentibus eorum inscribam eas; & peccatorum eorum, & iniquitatum eorum non recordabor amplius.

וְהַכִּיא צָדָקָלִים ad adducendum iustitiam aeternam; hoc est, quibus uno sacrificio JESU CHRISTI, expiatis generis humani criminibus, jam satisfactum iustitiae suæ in perpetuum esse, Deus ostendet. Hanc enim esse revera aeternam illam Dei erga genus humanum iustitiam, aeterna condonatione, & absolutione peccati, ob JESU CHRISTI merita declaratam, testatur manifeste PAULUS ad Romanos cap. III. v. 23, 24, 25. πάντες γὰρ ἡμαῖσον . . . δικαιόμενοι δωρεὰν - - διὰ τῆς ἀπολύτρωσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ιησῷ. ὃν προέθει ὁ Θεὸς ιλατήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτῷ αἵματι, εἰς ἐνδείξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτῷ διὰ τὴν πάρεστιν τῶν προγεγονότων ἀμαρτηριάτων. Omnes peccavimus, - - & justificamur gratis per redemptionem nobis oblatam in Iesu Christo: quem Deus nobis proposuit in propitiatorium, per fiduciam in sanguine ejus, ad manifestandam iustitiam suam, remissione peccatorum præteriorum; & hinc ipsam ἀπολύτρωσιν, sive redemptionem CHRISTI, per quam nobis est parata ista iustificatio, sive δικαιοσύνη Θεοῦ, 2. Corinth. V, 21. vocat αἰώνια, aeternam; ad Ebreos IX, 12. & pari ratione etiam sanguinem Christi, pro peccatis nostris fusum, αἷμα διαθήκης αἰώνιας sanguinem federis aeternii, ibid. c. XIII, 20.

וְלֹרֶתֶם הָזֶן וְנִכְיָה ad confirmandum divino sigillo visionem, & vatem; hoc est, quibus complebuntur manifestissimo rerum eventu omnia ea, quæ de salute humano generi, con-

donatione omnis peccati, JESU Salvatoris sacrificio parienda,
Mosis, omniumque facrorum vatum, divinæ visiones, & ora-
cula prædixerunt; provocantibus quidem ad hæc ipsa ora-
cula, & ad attendendos exactissimo jam complemento eorum
animos, discipulos excitantibus, ipso Salvatore divino, *Lu-
cæ XXIV. 25. 27. 44-47.* ejusque Apostolis, *JOHANNE,*
PETRO, PAULO, Joh. XIX. 28. 36. 37. Act. X. 43.
I. Corinth. XV. 3. 4.

וְלֹמַשׁ קָרֵשׁ קָרְשָׁן *ad ingendam Sanctitatem Sanctita-
tum*; hoc est, quibus inaugurabuntur pretiosissimo CHRISTI
sanguine vera illa, æterna, sanctissima sacra; quæ Sanctita-
tis Sanctitatum nomine, Israëlitici foederis imaginibus ad-
umbrantur; optimo interpretationis hujus duce, & verissimo
ipso interprete, *PAULO ad Ebreos epistola*. Designantur igitur
hic tempora, quibus Sanctissimus summus Sacerdos, omni di-
vinitate induitus, & unctionis, *Ebr. I. 8. 9.* & hinc summa San-
ctitas Sanctitatum; corporis & vitæ suæ sacrificio ad sacer-
dotium humani generis se coelesti Patri inaugurabit ipse,
Ebr. IX. 14. quibus ad redimendum genus humanum, ob-
lata se ipso victimæ Deo, proprio sanguine suo intrabit in
sanctissima tabernacula cœli, *Ebr. IX. 14.* ea sic unget,
initiabit, sacrabit, *Ebr. IX. 23.* viam, & aditum ad ea,
sibi confidentibus cunctis aperiet, *Ebr. X. 19. 20.* & ibi,
ceu in Sanctitate Sanctitatum, humano generi sistetur in san-
guine suo *ἱαστήσειον, propitiatorium, coll. Exod. XXV. 17.*
21. 22. & Levit. XVI. 14. Roman. III. 24. 25. & sic sub-
latis veterum facrorum omnium imaginibus, ipse erit jam
hominibus cunctis in vero, coelesti, non adumbrato Dei
tabernaculo, *Ebr. VIII. 2.* unus id omne, quod in Mosaico
foedere dicitur, sicut §. V. pag. 20. ostendimus, unicæ, & conse-
crata, Sanctitas Sanctitatum; erit *ἀρχηγεὺς ὄστιος, ἀνακος, ἀμιαντος,*
Sacerdos summus Sanctus, sine virtio, sine macula, Ebr. VII.
26. erit sacrificium, & victimæ generis humani expiatoria, Ebr.
X. 10. 12. Joh. I. 29. quin, quo sanctius alias est altare ipsa

viictima, *Math. XXIII.* 19. erit etiam ipsum simul altare, in quo expiata mortalium crima, *Ebr. XIII.* 10. *i. Petr. II.* 24: erit denique piis omnibus ipsum splendidissimum, & sanctissimum templum, & Sanctum in eo Sanctorum, *Apo-*
calyps. XXI. 22.

§. X.

וְהִרְאָה וְתַשְׁבֵל מִן־מֵצָא רֹבֶר דָּרְשֵׁב וְלֹבְנָה וְרוּשָׁלָם שָׁר־מִשְׁרָה
ונגיד, *Igitur scito, & animum advertito; ab exitu verbi,* quo restitui, *& restaurari debet Hierosolyma, usque ad Mes-*
fiam (unctum) Principem; id est, Bene ergo adverte,
computationis omnis septuaginta hebdomadum initium esse
ducendum ab eo tempore, quo edictum exhibit; ut Hiero-
lymæ non tam muri, vel lapides, sed ea, quæ tibi potis-
simum curæ, & sollicitudini sunt, sacra plenissime restituantur;
finem vero & terminum computationis ejusdem figi
omnem in Salvatore humani generis eo, quem Deus ex va-
tum suorum oraculis, *DAVIDIS, Psalm XLV.* 7. 8. & *JESAJÆ*
c. LXI. 1. quam splendidissime, & magnificentissime, popu-
lo suo Regem, Principemque, unget, præficiet; & quem ipsum
JESUM Nazarenum esse, PETRUS Judaicæ genti manifestissi-
me declarat, Actor. II. 36. ἀσθαλῶς ἐν γιωπούτῳ πᾶς οἶκος
Ισραὴλ, ὅτι Κύριον, καὶ Χριστὸν, ἀνὴρ ὁ Θεός ἐπώνυμε τῶν τὸν Ἰη-
σοῦν, ὃν ἡμεῖς ἐναργεστάτῃ. Sciat igitur certissime omnis domus
Israëlis, quod Deus hunc Jesum ipsum, quem vos cruci affixi-
stis, Dominum, & unctum (Principem) constituerit: sed cum in ipso Salvatore generis humani, in quo desinunt 70. he-
bdomades, duo tibi fistuntur momenta temporum; alterum,
quo expiabit morte sua crima populi tui, & generis omnis
humani; alterum, quo populo tuo CHRISTUS admetur; &
urbs & sacra Hierosolymæ penitus destruentur; sicut §. VII.
probavimus; hæc bene sunt fecernenda a se invicem; & hinc

duplicis etiam restitutionis sacerorum, a qua incipit hebdomadum computatio, primæ simplicioris, secundæ magnificientioris, initia bene sunt distingueda.

Igitur ab *Artaxerxis I.* Persarum Regis edicto, quo pri-
mum Judaicæ genti Sacra plenissime restituentur, & quidem
a septimo Regis ejus anno; anni sacri Judaici, qui a Pascha-
li verno mense coepit, *Exod. XII. 2.* mense quinto, *Evr. VII. 8. 9.* duc primæ computationis initium.

Artaxerxis I. Regis annus septimus incidit in annum
M. 3544. Sunt enim a *Cyro* Persarum Rege, ex quo Babylonio-
rum imperio potitus est, hoc est, ab A. M. 3463. sicut §. III.
ostendimus, usque ad *Artaxerxis I.* Regis initia, anni 74. te-
ste *CANONE PTOLEMAICO*;

		Summa
		Anni. a Nabonassare.
Κύρ.	θ. σην. Cyri.	9. 218.
Καμβύσ.	η. σκετ. Cambysis. . . .	8. 226.
Δαρείς πρώτ. . .	λξ. σξβ. Darii I. . . .	36. 262.
Ξέρξ.	κα. κα. Xerxis	21. 283.
		74.
Αρταξέρξης πρώτ. μα. σπγ. Artaxerxis I. 4I.		324.

Addē ergo ad . . . A. M. 3463.
annos primum istos 74; annosque iterum
Artaxerxis I. septem, hoc est, annos 81.

tum septimum *Artaxerxis I.* Regis annum in A. M. 3544.

incidente deprehendes. Hinc jam numera usque ad magnam il-
lam expiationem omnis peccati, CHRISTI morte, & sacri-
ficio faciendam, hebdomadas annorum septuaginta, id est, 490.
annos, tum accuratissime incides in A. M. 4034. sive vul-
garis

garis æræ Christi Annum 33. d) hinc in primæ , quam atten-
dere debes , epochæ finem ; ipsum illum eundem annum ; quo
JESUS NAZARENUS , generis humani Salvator , pro redemtione
mortalium a culpa omnis peccati , cruci fuit affixus . CHRISTUS
enim natus est quindecimi ante annos , quam obiret Cesar Augu-
stus , cum anno 15. Principatus Tiberii , qui Augusto successit ,
ætatis annos circiter triginta esset exorsus , Luce III. r. 23.
Mortuus est Augustus , ex CANONE PTOLEMAICO , anno Nabon-
nassaris 761 ; a Cyro , Babylone rerum potito , Anno 552. &
quidem , SUETONIO in vita Augusti c. 100 , & DIONE CASSIO
Liber. LVI. c. 29. 30. testibus , obiit d. 19. Augusti , S. Pompejo
& S. Apulejo Coss. qui ex Consularibus Fastis magistratum ges-
serunt , A. V. C. 767. secundum calculum Varroonis . Hinc , cum
Cyrus regnare Babylone coepit , sicut ostensum est §. III.
A. M. 3463. obieritque inde Augustus post annos 552 ,
obiit ille A. M. 4015. & natus ita Christus est , A. M. 4000.
CHRISTUS natus annos 30. munus divini Evangelii præconis
fuscepit ; Luc. III. IV. & quatuor inde Paschata Hierosoly-
mæ celebravit ; Joh II. 12. 13. 14. V. I. VI. 4. §. XIII. I.
ultimo crucifixus ; hinc annos tum natus 34. A. M. 4034 ,
Tiberii Principatus anno 19. A. urbis Romæ conditæ 786 ;
Servio Galba , L. Sulla Coss. , confirmante hunc ipsum calculum
PHLEGONTE , celebri Scriptore Olympiadum , cum lon-
ge maximum , & memorabilissimum Solis defectum , motui ter-
ræ magno conjunctum , Olymp. CCII. Anno 4 , hora diei sexta ,
contigisse scribit ; qui quidem ipse defectus Solis est , quem
crucifixionis CHRISTI die accidisse , hora diei sexta , MAT-
THÆUS XXVII. 45. §. I. memorat . Verba PHLEGONTIS ipsa

d) Æra vulgaris CHRISTI nati , quæ DIONYSIUM EXIGUUM habet
Auctorem , incidit ex calculo nostro in A. M. 4001. d. 25. De-
cembr. A. Urbis Romæ conditæ 753. quod probavimus in Tabulis
temporum , fatorumque orbis terræ , ab A. Chr. 1--800. editis Ar-
gentorati 1773. fol. & in dissertatione de vulgari Christianorum
æra , edita ibid. A. 1766. 4to.

profert EUSEBIUS in Chronico, apud SYNCCELLUM in Chronographia p. 324. Ιησοῦς ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τῷ Θεῷ - - ἐστὶ τὸ πάθος προηῆ ἔτες η τῆς Τίβερις βασιλείας, καθ' ὃν καιρὸν καὶ ἐν ἄλλοις μὲν Ἑλληνικοῖς ὑπομνήμασιν εὑρομένης κατὰ λέξιν ταῦτα, ὁ ἥλιος ἐξέλιστεν. Βιθυνία ἐστιόδη. Νικαίας τὰ πολλὰ ἐπεσεν. - - γράφει δὲ καὶ Φλέγων, ὁ τὰς Ὀλυμπιάδας συνάγων, περὶ τῶν αὐτῶν ἐν τῷ ίγ. ῥήμασιν αὐτοῖς τάδε. τῷ δ. ἔτει τῆς σβ' Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἐκλεψίς ἥλιος μεγίστη τῶν ἐγνωσμένων πρότερον. καὶ νῦν ὡρὰ ἕκτη τῆς ἡμέρας ἐγένετο, ὡρε καὶ ἀπέρας ἐν ἡρακλῷ Φαιῆναι, σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν γενόμενος τὰ πολλὰ Νικαίας κατεσχέψατο. καὶ ταῦτα μὲν ὁ ὥλωθεις αἰνέ. & Latinus interpres EUSEBII Chronici, HIERONYMUS. Iesus Christus, filius Dei, - - ad passionem venit, anno Tiberii 18. (exacto, verius 19.) quo tempore etiam in aliis ethnicorum commentariis hac ad verbum scripta reperimus. Solis facta defectio, Ἡ tenebra super universam terram, Bithynia terre motu concussa, Ἡ in urbe Nicena aedes plurima corruerunt. - - Sribit vero super his Ḧ Phlegon, qui Olympiadum egregius supputator est, in tertio decimo libro ita dicens. Quarto autem anno, 202. Olympiadis, magna Ḫ excellens inter omnes, quae ante eam acciderunt, defectio Solis est facta. Dies hora sexta ita in tenebrosum noctem versus, ut stellæ in caelo vise sint, terraque motus in Bithynia Nicenæ urbis multas aedes subverterit. Hec supradictus vir. Et ipsa PHLEGONTIS verba totidem syllabis etiam bis profert CHRONICON sicc. VII ALEXANDRINUM p. 219. & p. 222. Cum singulæ Olympiades 4. annos contineant; teste SYNCCELLO in Chronographia p. 195. sq. quartus annus Olympiadis CCII. est annus ærae Olympiadum 808. & hic quidem certe est A. M. 4034. Ceepit enim vulgaris Olympiadum æra, ex calculo VARRONIS, & populi Romani rationibus, anno tertio & vicecimo ante Romam, d. 21. Aprilis conditam; & a mensibus quidem omnis Olympias numeratur æstivis; testibus hu-

jus calculi PLUTARCHO, in vita Romuli, pag. 24. & CENSORINO, de die natali c. 21; præceditque hinc æram Romæ urbis annis 22. completis. Jam cum Augustus, quod paulo ante diximus, mortuus sit A. U. C. 767. d. 19. Augusti, M. 4015. & tum Tiberii principatus cœperit; annus 19. principatus Tiberii, mensisque ejus anni Paschalis, quo CHRISTUS est crucifixus, hinc cadit in A. V. C. 786. M. 4034. quo Servium Galbam, & L. Cornelium Sullam, Consulatum Romæ geffisse, TACITUS Annal. VI. c. 15. DIO CASSIUS Libr. LVIII. c. 20. & CONSULARES veteris Anonymi sæculi IV. post Chr. Nat., a NORISIO primum producti, FASTI testantur. Adde jam Anno V. C. 786. annos 22. completos, quibus Olympiadum æra Romam conditam præcessit; tum Annus V. C. 786. erit Olympiadum Annus 808, is idem manifeste, quem PHLEGON designat, & qui hinc esse non potest alias, quam A. M. 4034, quo CHRISTUS est mortuus.

שבעים שבע, (sunt) hebdomades septem; id est, sunt anni septies septuaginta, sive quadringenti nonaginta anni. Nempe, si ab Artaxerxis I. edicto usque ad faciendam, per CHRISTUM principem, magnam peccati omnis expiationem computaveris, sunt scilicet 70. quidem hebdomades, sed si velis, sunt etiam hebdomades septem. Hebdomadem quippe in DANIELIS oraculo accipi non scilum pro septem, sed etiam pro 70. annis, supra §. VI. ostendimus; & cum paulo ante dicatur, tempus illud intermedium, a restorationis edicto ad magnam expiationem, generatim hebdomadum esse 70; jam autem speciatim tempus definitur, a quo 70. hebdomadum initium capiendum sit; & ab eo initio jam numerentur ad CHRISTUM exakte hebdomades 7; & haec 7. hebdomades accentu Atnach, quam maxime dividente, distinguuntur ab aliis; & sequenti oraculi versu 27. dein, quod §. XV. probamus, ipsa etiam hebdomas 70. annorum spatio accipiantur, quid impedit, quin hic quoque septem hebdomades totidem comprehendant temporis, quot paulo ante 70. com-

plexæ sunt; vel septies 70. annos significant? & quoad pri-
mam oraculi partem sic sit sensus verborum finitus. Sed huic
ipſi significatui simul ineſt jam alter, alterius partis oraculi
interpretationi accommodandus. Scilicet, si jam numerave-
ris dictas septem hebdomades ab illo altero, & longe splen-
didiore edicto, de restauranda Hierosolyma ferendo, id est,
ab ædificatione novæ illius Hierosolymæ, per CHRISTUM ex-
citandæ, usque ad fossam, plateamque civitatis ejus perfe-
ctam, sive, usque ad primordia civitatis facræ, in Judaica
primum, sed & in orbis terræ gentibus cunctis facta, tum
alia significatione jam hebdomadem debes sumere; & sicuti
Jeremie oraculo primum ea fuit accommodata, voce hebdo-
madis jam annum modo intelligere; nam cum sit hic ejusdem
commatis oraculi significatio duplex, iisdemque verbis 70.
hebdomadum duplex in computando initium, duplex finis
indicetur, quod supra jam §. VII. probavimus; non mirum,
in ipsa hac duplice significatione, diversimode etiam hebdo-
madem, primum annos 70., dein unum tantummodo annum
significare; hinc altera jam pars oraculi *Danielis* prona inter-
pretatione fluit.

§. XI.

מן-מצא רבר להשכ ולבנותו וירושלם ערך-משיח נגיד שבעם
שבעה ושבעים שנים ושניהם השוב ונכנתה רחוב וחרוץ וכזאת
רשותם, ab exitu verbi, quo restitui, & restaurari debet Hiero-
solyma, usque ad Messiam Principem, sunt hebdomades
septem; & sunt hebdomades sexaginta due, quibus restitu-
etur, & adificabitur platea, & fossa, sed in angustia tem-
porum; id est, ab exitu divini ejus edicti, quo jam poni-
debet in CHRISTO lapis Zijonis, & sic novæ Hierosolymæ
fundamenta sterni, *Ezaj.* XXVIII. 16. *i Petr.* II. 6. (sicut
§. VIII. jam ostendimus latius;) quo nuntius Dei ego ipse
Gabriel veniam, apparitum jamjam esse in carne condito-

rem illum, & restauratorem veræ Hierosolymæ, JESUM CHRISTUM; *Luc. I. 31.* 33. & mox nativitas magni conditoris divinitus coelestium nuntiorum choris annuntiabitur hominibus, *Luc. II. 9-14*, ab eo tempore, id est, prout §. X. probavimus, ab A. M. 4000, numera jam iterum hebdomas des 70, sive annos 70, usque ad *Messiam* Principem; id est, donec *Messias* Princeps Judaicæ genti servabitur: quæ interpretatio commoda; propterea, quod, cum de 70. hebdomadibus sit sermo, quibus nova condenda sit Hierosolyma; quarum in fine demum sit tollendus *Messias*; & novæ Hierosolymæ non sit verus, coelestisque conditor aliis, nisi ipse Rex CHRISTUS, sicut §. VIII. jam diximus; ab ejus incarnatione demum hebdomas illas currere; & 70. abhinc annis finiri demum, necesse est. Igitur, perpende, ait Angelus, bene, septem primas, dein sexaginta duas hebdomas; perpende nempe, primum septem, dein iterum sexaginta duos annos; quibus novæ coelestisque civitatis primordia, in Judaica maxime gente tua, a CHRISTO conditore, in angustiis temporum, hoc est, inter ardua, & gravissima impedimenta extruentur. Distinguuntur ergo hic septem hebdomas a sequentibus aliis, sexaginta duabus; & sic distinctæ divinitus, censeri profecto debent non sine magna, & gravi ratione esse distinctæ. Et quidem præter eam causam, de qua præcedenti §. X. diximus, præcipue videntur idcirco esse distinctæ; quod a CHRISTI incarnatione usque ad derelictum a Deo Hierosolymæ patrocinium, respublica Judæorum civili suo regimine duabus insignibus periodis, altera annorum septem, altera sexaginta duorum annorum, erat distincta; quæ cum sacris Judæorum rebus arctissimo cohæreabant vinculo, & singulæ, suo quæque modo, in ædificatione, quæ fieri debebat a CHRISTO, civitatis coelestis, vel promovenda, vel impedienda, multum afferre momenti, attendique idcirco debebant. Prima nempe periodus anno-

rum est septem, duobus Sabbaticis Judæorum annis e), altero, A. M. 4000, Urbis Romæ conditæ 752; altero A. M. 4007. V. C. 759. inclusa, qua sub Herode M., & Archelao filio, Regibus, Principibusque adhuc suis, Judæorum respublica recta est; donec Archelao, ab Imperatore Augusto, relegato in Galliam, Judæa, Samaria, Idumæa, in Romanæ provinciæ formam redacta, Romanisque regenda Præsidibus, vel Procuratoribus fuit tradita: quod CHRISTO veræ ætatis suæ annos septem nato, A. V. C. 759. Emilio Lepido, L. Arruntio Coss. contigisse, DIO Cassius refert, Libr. LV. historiarum c. 25. 27. ἐπίγειοι Αἰγαλίαι λεστῶς καὶ ἐπὶ Λευκίαι Ἀρρενίαι ὑπάστων . . . ὁ, τε Ἡρώδης ὁ Παλαιστῖνος δῆλαν τινὰ ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν λαβὼν, ὑπὲρ τὰς Ἀλτεις ὑπεγεινθή, καὶ τὸ μέρος τῆς ἀρχῆς αὐτῷ ἐδημοσιεύθη, Emilio Lepido, & Lucio Arruntio Coss. Herodes Palæstinus, accusatus a fratribus, trans Alpes est relegatus, & qui ad ipsum pertinebat, principatus in populi Romani provinciæ redactus est; conspiratus quidem cum DIONE in hac temporis computatione etiam JOSEPHI calculo, in Antiquitatibus Judaicis, Libr. XVII. c. 15. XVIII. 1. 2. qui, Archelao relegato, Cyrenium, Syriæ præsidem, publicasse bona ejus, & censum Judææ egisse ait, trigesimo septimo anno post victoriam Cæsaris Auguſti de M. Antonio, ad Actium relatam, quam quidem A. U. C. 723. d. 2. Septembri, Cæsare III, Valerio Messala, Coss. fuisse reporta-

c) Annus, quo M. Agrippa, & Caninius Gallus, Consulatum Romæ gesserunt, & qui est ex Consularibus Urbis Faſis A. U. C. 717. M. 3965. is idem, quo Herodes M. Hierosolyma, & Judæorum regno potitus est; fuit annus Judæorum Sabbaticus; teste JOSEPHO Antiquit. Judaic. Libr. XV. c. 16. p. 657. sq. ed. Hudson. hinc cum singulis septem annis apud Judæos ex Lege Moaica Levit. XXV. 3 - 7. redirent anni Sabbatici; annum U. C. 752. M. 4000. quo natus est CHRISTUS, & A. U. C. 759. M. 4007. quo Judæa, relegato Archelao, defiit esse sub Herodum imperio, Sabbaticos annos fuisse, necesse est.

tam, satis ex VELLEJO PATERCULO II. c. 84. & DIONE CASSIO Libr. L. c. 10. & LI. c. 1. certum est. Ita JOSEPHUS Libr. XVIII. c. 2. Κυρήνη δὲ τὰ ἀρχελάς χοίρας αὐτοδόμεν^{ται} ἦδη, καὶ τῶν αὐτοῖς σεων πέρας ἐχεστῶν, αἱ ἐγένοντο τριακοσῖαι καὶ εἰδόμεναι ἔτει μείζα τὴν Ἀθηνῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ Καισαρ^{οῦ} - - Ἀγανον - ισαὶ ἀρχελέα. Cyrenius, postquam Anchelai res addixit, οὗ censui finis fuit impositus, qui factus est anno trigesimo septimo post Antonii cladem ad Actium, a Cesare ei illatam, ... Ananum constituit summum Pontificem. Quin quo insignior appareat periodi hujus terminus, a sequentibus ita anni distinctus, divisus; fixum in isto ipso est memorabile illud tempus, JACOBI Patriarchæ oraculo prædictum, Genes. XLIX. 10. quo tandem a tribu Iudee sceptrum, & principatus prorsus ablatus, & jam venienti ΙΗΣΟΥ, id est, Pacificatori humani generis, CHRISTO, attendere omnes jussi sunt. Ab hac nobilissima, illustrissima epocha jam cœpit deinde periodus altera, sexaginta duorum annorum, ab A. U. C. 799. A. M. 4007. Vulgaris ærae Christi A. 6. qua, si tres annos regni Herodis Agrippæ excipis, ab A. U. C. 794. Chr. 41. usque ad A. U. C. 797. Chr. 44. lapsos, (JOSEPH. Antiquit. Judaic. XIX. 5. 8. 9.) & qui in medio periodi cursum ob temporis brevitatem hic in censum non veniunt, Iudea forma Romanæ provinciæ a Procuratoribus semper fuit recta; usque ad A. U. C. 821. A. M. 4059. Chr. 68, quo Iudea jam omni a Christianis deserta, & Hierosolyma, Vespasiani exercitu cincta, EUSEBIO Hist. Eccles. Libr. III. c. 5. & JOSEPHO de bello Judaic. IV. c. 9. testibus; Deus Iudaice gentis, sacrique Hierosolymæ cultus patrocinium abdicavit. His igitur duabus periodis, certe inter gravia, sed diversa tamen diverorum temporum impedimenta, extructa a CHRISTO novæ Hierosolymæ, coelestisque civitatis, fundamenta fuerunt.

Prima nempe septem annorum periodo, DEUS apparuit carne vestitus, a coelestibus nuntiis visus, & prædicatus, i Timoth.

III. 16. *Luc.* II 9-14. Rex Judæorum secundum divinorum
 vatum oracula natus, *Matth.* II. 1-6. *Joh.* XVIII. 37. in-
 fans Judaicæ genti divinitus Hierosolymæ in templo a duo-
 bus vatibus, *Simeone*, & *Anna*, ceu expectatus Salvator
 populi, ceu lapis angularis ille novæ Zijonis, quem JESAJAS
 prædictit, c. VIII. 13. 14. 15. indicatus, & demonstratus;
Luc. II. 34. ἰδὲ ἔτος κεῖται εἰς πλάστην, καὶ ἀνίστασθν, πολλῶν ἐν
 τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀνίσταγόμενον. Ecce hic positus est
 ad lapsum, & resurrectionem multorum in Iſrāel, & in signum,
 cui contradicitur; coelesti, evidentissimo signo Magis, ex
 Oriente Hierosolymam, & Bethleheimum idcirco profectis,
 annuntiatus, ostensus; Herode Rege ad id signum, & omni-
 cum eo Hierosolyma, commotis, *Matth.* II. 1-3. Tum ve-
 ro in Judaica gente mentibus piorum, spe, & fiducia omni sua,
 in hoc divino Rege suo, recens sibi nato, divinitusque ma-
 nifestato sibi, erectis, affixis, prima Hierosolymæ novæ fun-
 damenta sunt jacta: sed hæc prima fundamenta quantis sta-
 ttim fluctibus, & procellis fuerunt quassata! Herode Rege
 omnia consilia sua extemplo ad novi Judæorum Regis, quem suo
 principatu minari verebatur, extirpationem vertente. Hinc
 natalis CHRISTI patria, Herodii furore, tot innocentium infan-
 tum cædibus repleta; CHRISTUS infans ex oculis Judæorum
 disparens; clandestina fuga in Ægyptum delatus; latens ibi
 ad mortem usque Herodii; dein, donec Archelao regnabat,
 Judææ post patrem principatu potitus, etiam hujus metu Na-
 zarethi in Galilææ regionibus semper abditus, *Matth.* II. 13-
 23. omnem spem Judaicæ gentis, novæ Zijonis ab eo con-
 dendæ, obruisse quasi, & sepelivisse rursus videbatur. Ve-
 rum Archelao relegato, post septennii spatium, jam nova
 successit periodus, cuius primo statim initio ad novam, ma-
 joremque spem restaurandæ novæ Hierosolymæ, jam erecti
 Judæorum animi rursus fuerunt. Tum enim Judæa in for-
 mam provinciæ a Romanis redacta, civili principatu Ju-
 dæis,

dæis, in tanta populi Romani potentia, sine spe ulla resti-
tutionis jam in perpetuum ablato; excitati in primis, con-
firmatique piorum animi sunt JACOBI PATRIARCHÆ oraculo,
ad attendendum temporibus, & nova fiducia divinum Regem
fuum, ubiunque tandem lateret, expectandum, & appre-
hendendum f). Et, si probabili quidem hic conjecturæ est

f) Oraculum quidem JACOBI PATRIARCHÆ, Genes. XLIX. 10.
רַא־יְסֹרֶר שָׁבֵט נְהֹרוֹת וּמִתְקָנֶת כָּבֵן רְגָלָיו שְׁדָה כִּי־וּבָא
שָׁלָחָה לוּ וּוּקְהָה עִמָּם: non recedet Sceptrum a Jehuda, &
 præcipiens, ex lumbis ejus, donec veniet Pacificator; & ei erit
 obedientia populorum; divinorum oraculorum more spirare vi-
 detur aliquid cellius, quam civile tantum aliquod sceptrum, prin-
 cipatumque terrestrem, Tribui Jude promissum, usque ad adven-
 tum MESSIÆ; quin id potissimum videtur vaticinari, Tribum Je-
 hude principem semper orbis terra populum fore, inter tenebras
 craftissima superstitionis, quibus orbisimineris est, vera cognitione
 divini Numinis, sanctissimamurique illius legum ornatum, atque
 imbutum; nec defuturum esse finu ejus מִזְמָרָה, id est, Doctorem,
 interpretemque divinæ legis, inculcanteū eam, & cum auctorita-
 te præcientem: (qua significatio vocis מִזְמָרָה ex Jesaj. X. 1.
 cum CHRISTI verbis Matth. XXXIII. 2 - 34. collato;) donec
 Salvator humani generis venerit, cui orbis terræ gentes obedient.
 Et hoc certe nomine principatum Judæis, & prærogativam hono-
 ris supra omnes orbis terra populos tribuunt, MOSES, Deuter. IV.
 7. 8. & DAVIDES, Psalm. CXLVII. 12. 19. 20. Lauda Hierosoly-
 ma, Jehovah, ... qui annuntiat verba sua Jacobo, statuta & ju-
 ra sua Israëli; sic non facit ulli genti; duraturam usque ad
 CHRISTI adventum; ad Evangelii lucem, & sui obsequium, æquali
 jure, omnes orbis terra gentes vocatur; id Spiritu Sancto vatis JE-
 SAJÆ, XLIX. 6. & PAULI, Apostoli, ore testante, Ador. XIII. 47.
 Ceterum sublimior tamen illa oraculi significatio alias simplicioris
 de civili principatu, in tribu Jude, usque ad CHRISTUM perdura-
 tur, & cui Judæi præfertim attendebant, involucro simul erat
 abscondita; cuius fides & veritas quidem non tam plene, & ma-
 gnifice, sed probe tamen etiam Judaicæ genti a Deo expleta est.
 Etenim civile quidem sceptrum, & principatus Tribui Jude jam
 erat ablatus, A. M. 3403, cum Hierosolyma urbs, & templum, capto
 Zedekia Rege, a Nabuchodonosore, Assyriorum, Babyloniorum.

G

locus, CHRISTUS etiam, septem annos tum natus, & sic in-
fantiæ suæ jam annos egressus, cum cædibus Herodis M. ipse

que Rege, fuissent defructa, z. Reg. XXV. & restituta licet Ju-
dæis sub Persarum imperio urbe, templo, & libertate plena fa-
crorum, ipsi tamen sic ultra 400. annos, post Assyriorum, Medo-
rumque jugum, & civili Persarum, & inde Macedonum, imperio erant
subditi: hinc TACITUS Histor. Libr. V. c. 9. de Judæis. Dum Af-
syrios penes, Medosque, & Persas, Oriens fuit; despectissima
pars servientium (erant) & NEHEMIAS ipse, circa A. M. 3557.
Artaxerxe I. Persarum Rege regnante, populi Judaici nomine
supplicibus ad Deum precibus profitetur, cap. IX. v. 36. 37. Ecce
nos hodie servi sumus; & in terra, quam dedisti patribus no-
stris ad comedendum fructum, & bona ejus, ecce nos servi su-
mus in illa; proventum autem suo ditat Reges, quos proposui-
ssi nobis propter peccata nostra, & in corpora nostra dominan-
tur, & in bestias nostras, pro arbitrio suo, nosque sumus in
magna angustia. Verum in ipsa tamen ista servitute sua, tum pii
Judaicæ gentis, civilis adhuc principatus sui restitutionem semper
expectarunt a Deo; presertim nullo tum adhuc adventantis MES-
SIAE, longe, lateque, vestigio sibi apparente; quod vel ipsæ istæ NE-
HEMIÆ preces testantur, invocantes Deum, ut servitutem a gente
sua depelleret. Et certe, Hasmonæis deinde ducibus, etiam redi-
tus civilis principatus genti Judaicæ fuit, ab A. M. 3838, excus-
so Syrorum Macedonum jugo, & civilis libertatis omnis potestate
Judæis afferta. 1 Maccab. IV. XIII. XIV. Inde servatus, &
continuatus est per 170. annos Tribui Judæ principatus civilis, sub
Hasmonæis primum principibus, Levitica quidem otis tribu,
sed ob facerdotium, & sedem in urbe Hierosolyma, Judaicæ Tri-
bui arctissimo nexus implicitis; deinde post Hasmonæos, Herode M.,
& post hunc filio Archelao regnantibus; Herode nempe ex Idumæa
gente Judeo profelyto; & Judaicas ipsi Tribui tantopere ad-
scripto, ut NICOLAUS DAMASCENUS, temporibus ejus æqualis
Scriptor, genus ipsum Herodis ex primaria stirpe Judeorum, a Na-
buchodonosore Babylonem in exilium abductorum, derivet: teste
JOSEPHO Antiquit. Judaic. XIV. c. 1. Jam cum extremis Herodis M. temporibus certissimis se indicis proderet natus in Judæa
humani generis Salvator, & post septem annos, Archelao relegato,
z Romanis civilis principatus auferretur Judaicas genti; Romanis-

cum stirpe omni Davidis jam deletus esse videretur, improviso, velut septennis alter Joas, & Rex populi Israëlis, inter regiæ dominus strages, divinæ providentia miraculo servatus, 2. Reg. XI. Hierosolymæ piiis Judaicæ gentis, quibus ante septennium, ceu spes summa Israëlis, divinitus erat monstratus, salvus iterum, sospesque, in templo Dei apparuit. Etenim, exule jam Archelao, quem unum parentes CHRISTI in Judæa hucusque timuerant, Matth. II. 22. cum Hierosolymam ii quotannis ex lege divina sint abhinc profecti ad festa, Luca c. II. 41. hanc divinam certe prolem, longe carissimum sibi, & pretiosissimum pignus, tum statim etiam secum duxisse, nec Nazarethi in Galilæa, alienæ curæ, & manibus, reliquissime censendi sunt. Certe, vel duodecim etiam ætatis CHRISTI annis elapsis, quo tempore manifestissime CHRISTUS cum parentibus Hierosolymam venit; & in templo cœlestis, divini, ingenii clarissima

que longe, lateque, orbi dominantibus, non facile spes esset amplius recuperandi Principatus, & servitius depellenda, tum advertebant certe pii in Judaica gente clarescentia sibi jam signa temporis, Salvatoris illius, & magni Pacificatoris, JACOBI PATRIARCHÆ oraculo venturi; quin improbi ipsi temeraria fiducia Numinis, & divini apparituri auxili contra Romanorum novum imperium ciebant tum motus, *Juda Galileo* incentore turbarum, atque signifero: testibus JOSEPHO, *Antiq. Judaic.* Libr. XVIII. c. 1. de *Bello Judaico* II. c. 8. & LUCA *Aëtor.* V. 37. omnis autem natio Judæorum jam erat vulgari opinione, & interpretatione temporum civilis Principatus sibi ablati, divini cujusdam Regis, pro ingenio cuiusvis facti, expectatione summa, suspensa: conspirantibus hic testibus, non facristantum Scriptoribus, LUCA III. 15. JOHANNE VI. 14. 15; sed & ad initia Judaici bellum sub Nerone Cæsare A. C. 66. JOSEPHO, *de Bello Judaico*, Libr. VI. c. 5. p. 1283. ed. Hudson. quin & TACITO, *Histor.* V. c. 13. Pluribus persuasio inerat; antiquis Sacerdotum litteris contineri, eo ipso tempore fore, ut valeaseret Oriens, profectique Judæa rerum potirentur: & SUETONIO, *in vita Vespasiani* c. 4. percreberat toto Oriente vetus, & constans opinio; esse in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur.

signa Doctoribus dedit; *Luc. II. 46.* *47.* non oblitterata ad-
 huc in animis piorum, summo Salvatoris desiderio præsertim
 flagrantium, memoria potuit esse filii illius *Mariæ*, primo ex-
 ortu suo, ceu spei, & ancoræ salutis omnis, publice po-
 pulo duorum vatum oraculo demonstrati, & *Herodis Regis*
 tanto metu, & furore, nobilitati. Abhinc quidem, crescenti-
 bus *CHRISTI* annis; incremente semper piorum in eo fidu-
 cia; populo mox Judaico, a *Johanne Baptista*, divina voce, &
 baptismi novo ritu, ad amplectendum hunc cœlestem Regem
 suum late vocato, *Marth. III.* *Marc. I.* *Luc. III.* *Joh. I.*
CHRISTO ipso doctrina, miraculis, vitæ suæ sacrificio, re-
 surrectione a mortuis, se expectatum Israëlis Regem pro-
 bante; Evangelio novi foederis, & condonationis divinæ
 peccati, Judæis primum, dein cunctis orbis terra gentibus
 prædicto; *Rom. X. 18.* *Coloff. I. 23.* lecto a *CHRISTI* Apo-
 stolis ex omni orbe cœtu fidelium, omnem spem salutis, &
 felicitatis suæ, in gratia Dei, ab Apostolis sibi nuntiata, &
CHRISTO, angulari lapide, condentium; *Ephes. II. 20.* & sic
 non Judæis tantum, sed & gentilibus undique, novo *CHRISTI*
 regno; novæ, sacra Zioni adscriptis; *Amos IX. 11.* *12.* *Astor.*
XV. 14. - *17.* novæ jam Hierosolymæ, secundum *Danielis* ora-
 culum, platea, & fossa, sic fuit ædificata; id est, cœlestis illius
 civitatis, a *CHRISTO* condendæ, primordia fuerunt extracta;
 latiori, ampliorique civitatis ejus incremento, hoc est, am-
 pliore semper Evangelii luce, per genus humanum omne sen-
 sim spargenda, senioribus sæculis reservato. *Esaj. II. 2.* - *4.*
Mich. IV. 1. - *3.* Verum ista etiam, quæ tum sunt jacta
 primordia, in quantis rerum sunt angustiis condita! hoc tem-
 poris scilicet intervallo, *Johanne*, præcursori *CHRISTI*, gla-
 dio *Herodis Antipæ*, circa A. vulgaris æra Christi 30. subla-
 to; *CHRISTO* ipso a Romano Procuratore, *Pilato*, A. *Chr. 33.*
 ignominiosa morte occiso; primoribus Judæorum omni vi, &
 furore, contra regnum Christi luctantibus; summis *CHRISTI*
 Apostolis, *Jacobis* duobus, A. *Chr. 44.* & *62.*; *Petro*, *Paulo*

A. Chr. 65. trucidatis; Christianisque ubique Ecclesiis jam non Judæorum tantum rabie, sed Neronis etiam Cæsaris, *A. Chr. 64.* per Romanum omne imperium immani crudelitate vastatis: obviis, vulgoque notis rerum harum testimoniiis, ex *Evangelio*, *Actis Apostolorum*, *Pauli ep. I. ad Thessalonicenses c. II. 14. 16. I. Petr. IV. 16-18. JOSEPHO Antiquit. Judaic. XX. c. 8. TACITO Annal. XV. 44. SUETONIO in vita Neronis c. 16. Inscriptio Hispanica in GRUTERI corp. Inscription. p. 238. n. 9. EUSEBIO Histor. Eccles. II. c. 25.*

§. XII.

וְאַחֲרֵי הַשְׁבָעִים שְׁשִׁים וָשָׁנִים יָכֹת מֶשֶׁיחַ וְאֵין לוֹ post sexaginta duas hebdomades excidetur *Messias*, verum non sibi; id est, post sexaginta duos annos, ex quo ablatus penitus erit civilis principatus Judaicæ genti, auferetur, & tolletur Judaicæ divinus Rex CHRISTUS, & HOSEÆ vatis sic oraculum abhinc adimplebitur; cap. III. 4 dies multos sedebunt filii Israëlis, sine Rege, sine Principe, sine sacrificio. Ablatus Principatus civilis Judaicæ genti fuit, Archelao relegato, sicut §. XI. ostendimus, A. U. C. 759. A. M. 4007. vulgaris æræ Christi A. 6. Adde annos sexaginta duos, tum incides in A. U. C. 821. A. M. 4069. vulgaris æræ Christi A. 68. Is annus est, quo Christiani tandem omnes Hierosolyma, & Judæa tota secesserant, & Pellam Peræ trans Jordanem erant delati; EUSEBIUS Histor. Eccles. Libr. III. c. 5. Etenim, cum Judæorum in Romanos rebellio cœpisset, jam adulto vere, duodecimo anno imperii Neronis; id est, A. U. C. 819. A. M. 4067. Chr. 66, JOSEPHUS de bello Judaic. II. 14. & Cestius Gallus, tum Syriæ Praeses, Romano exercitu Hierosolymam oppugnasset, irritoque conatu mox obsidionem rufus solvisset, JOSEPHUS de bello Judaic. II. 18. 19. attende- runt Christiani signo imminentis excidii Hierosolymæ urbis, sanctissimi Salvatoris prædictione sibi ostendo, *Luc. XXI. 20.*

& celeri fuga saluti suæ cœperunt consulere; audita tum etiam a sacerdotibus, festo Pentecostes, ex templi penetralibus alta, divinaque voce, μέλαταινωμεν ἐνεῦθεν, migremus inde; testibus JOSEPHO, de bello Judaic. VI. c. 5. p. 1282. & TACITO, Histor. V. c. 13. Potestas inde facta est hoc adhuc, & sequente anno, U.C. 820. M. 4068. Chr. 67. CHRISTI asseclis, Hierosolymam, & Judææ regiones deserendi; appropinquante tum lente Flavio Vespasiano cum validiore Romanorum exercitu, & subigendis Galilææ, & trans Jordanem, usque ad mare mortuum, urbibus, ditionibusque occupato. JOSEPHUS de bello Judaic. III. 7. 8. 9. IV. 1-7. donec tandem A. U. C. 821. M. 4069. Chr. 68. Samariæ, Judææ, Idumeæ, circum circa Hierosolymam, urbibus cunctis oppressis, jam Hierosolymæ incolis exitus ab hoste clausus, & omnis fugiendi porro facultas prærepta est; quod accidit eo anno, & tempore, quo Imperator Nero fuit occisus: ita JOSEPHUS de bello Judaic. IV. c. 9. Οὐεστασιανὸς πανταχόθεν περιπετειῶν τας ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἐν τε τῇ Ἱεριχῷ, καὶ ἐν Αδίδαι, ἐγείρει τραγόωδα, - - καὶ διεληφότερον τας πολέμους τὴν ὁρευνὴν ὅλην, καὶ τὴν πεδιάδα πᾶσαν, οἱ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις τας ἔξοδος αἰφήσην. τας μὲν γὰρ αὐτομολένην προαιρεμένης οἱ ἡγεμοναὶ παρεβούλασσον· το. τας δὲ ἔτσω τὰ Ἐρωτίαν Φρονεῖται, ἀργενὴ σφαίδα, πανταχόθεν τὴν πόλιν περιέχεσσα. Οὐεστασιανὸς δὲ εἰς Καισάρειαν ἐπιστέψασθι - αἴγιγλέλειαι Νέρων αἰνηρημένος, τρισκαιδεκα βασιλεὺσας ἔτη, καὶ ἥμέρας ὅλων. Vespasianus circumquaque cingit Hierosolymam, τοντο Hierichunte, τοντο ad Adida, castella extruit, - - τον bellum totam regionem montanam, omnemque campostrem pervasisset, iis, qui Hierosolymæ degebant, interclusi sunt exitus. Nam, qui transfugere quidem cupiebant, eos observabant Zelotes; qui vero nondum favebant Romanis, eos coercebant exercitus, urbi ex omni parte circumdatus. Vespasianus autem, cum rediret Cæsaream, nuntium accepit, Neronem

esse occisum, gesto annos tredecim, octoque dies, imperio. Tum
 jam Hierosolymæ, a piis hominibus, & omnibus CHRISTI
 aseclis vacuae, Judaicæque improbae, perversissimæ genti, an-
 gularis Zijonis lapis subtractus est, ceu ab Architectis ipsis
 populi stolidæ, furioseque, reprobatus, rejectus, Matth.
 XXI. 42. urbs & gens sic Dei, CHRISTIQUE presidio, est
 privata, deserta, & non reperto amplius Sale, quod condi-
 ret Hierosolymam, & a putredine servaret; Matth. V. 13. jam
 factidum hoc cadaver a Deo Romanis aquilis devorandum,
 & dilaniandum est traditum; Matth. XXIV. 28. Luc. XVII.
 37. hinc, quod CHRISTUS ipse, suis temporibus, summis Ju-
 daeorum Pontificibus prædictis, Matth. XXI. 43. διὰ τὸ
 λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀρρόστελαι αὐτῷ ὑμῶν ἡ βασιλεία τῇ Θεῷ, pro-
 pterea dico vobis, auferetur a vobis Regnum Dei, id idem hic
 significat Danieli Angelus, & hoc triste fatum alterius pe-
 riodi suæ, sexaginta duarum hebdomadum, fini affigit: eri-
 pietur, ait, excidetur tum CHRISTUS, nempe Judæis; nam,
 sicut vere additur; Λογισθεὶς, sed hoc nihil ad ipsum; non ipse
 certe, non regnum ejus excidetur; hoc enim erit, & stabit sem-
 per æternum, immobile; id ipso eodem Angelo sic Dei no-
 mine Mariae Virginis, matri CHRISTI, nuntiante: Luc. I. 34.
 βασιλεύσει ἐπὶ τὸν ὄνον Ἰακὼβ εἰς τὰς αἰώνας, καὶ τῆς βασι-
 λείας αὐτῆς γένεται τέλος. Rex erit domus Jacobi in secula,
 οὗ regni ejus finis non erit. & prædicente Spiritu Sancto, ore
 DAVIDIS, Psalm. XLV. 7. & de CHRISTO id, idem, PAU-
 LO ad Ebœos denuo verbis Davidis prædicante, & confir-
 mante, c.I. v. 8. ὁ Θεός σας, ὁ Θεός, εἰς τὸν αἰώνα τῷ αἰώνῳ,
 thronus tuus, o Deus, stat in Sæcula Seculorum.

§. XIII.

וְהַעֲרֵךְ רִזְקָרֶשׁ יְשֻׁרוֹן עַם נְגַדְתָּה חֲבָא וְקַצְוָה בְּשַׁטְמָה
 sanctuarium, tum perdet populus Principis venturi, & finis
 ejus erit cum inundatione; hoc est, tum Hierosolymam, &

templum Dei, omni divino patrocinio desertum, jam per-
dent Romani exercitus, in vindictam scelerum, & impieta-
tis suæ, Judæis a CHRISTO Rege immisſi. Exercitus, nempe,
נָגֵד כְּבָנָה, Principis venturi, scilicet ejusdem ipsius, qui ver-
su præcedente memoratur, מִשְׁרַח נָגֵד, MESSIAE Principis: cui,
cum omnis potestas cœli, terræque sit data, Matth. XXVIII.
18. ad nutum paruerunt ministri vindictæ suæ, Romani exer-
citus; hinc Regis cœlorum exercitus etiam nominati, qui Ju-
dæos, CHRISTI, servorumque suorum interfectores, perde-
rent, urbemque eorum incenderent, Matth. XXII. 7. Tanta
erit autem devastatio urbis & templi; ut exitus ejus sit simili-
lis inundationi magni fluvii, opprimentis late, & perdentis
undique terras: folet enim a divinis vatisbus hostilis gravissi-
mus impetus, & oppressio populi, imagine inundationis de-
signari, sicut ita Jesaja cap. VIII. 7. 8. Regis Assyriorum im-
petus, Israelem, & Iehudam oppressuri, describitur: & certe
tanto similius erat inundationi, & demersioni, excidium ur-
bis Hierosolymæ, & templi; post expletas Danielis hebdo-
mades, a Tito Vespasiano, A. U. C. 823. M. 4071. Chr. 70. per-
actum; quanto certius, ex CHRISTI ipsius oraculo, Luc. XIX.
44. ex omnibus urbis, & templi ædificiis, non lapidem fuisse
relictum, qui non fuerit destrunctus; & ex propugnaculis ur-
bistres tantum fuisse, cum exigua parte muri, turres supersti-
tes, Romanæ victoriae monumento soli servatas; JOSEPHUS
de bello Judaic. VII. 1.

§. XIV.

וְעַד קָץ מִלחָמָה נֹהֶגֶת שְׁמָמוֹת
decisæ desolationes; id est, donec convertetur Judaica gens
ad amplectendum, & adorandum MESSIAM; bellum MESSIAE
erit cum improba gente, ad cuius finem usque firme decreta
a Deo est, devastatio populi: & haec est MOSIS, CHRISTI,
& PAULI interpretatio. MOSES enim Levit. XXVI. 33. an-
nuntiat

nuntiat Israëlitis, Deum persecuturum esse eos ferro, vaftaturum eorum urbes, & terras; dispersurum esse eos per gentes, & tum demum miserturum esse eorum, cum poenituerit eos perfidiæ suæ, & sint reversi ad Deum, ibid. v. 42. 44. 45. & hac eadem prædictione CHRISTUS Judaicæ genti vale suum dixit, Matth. XXIII. 38. *ἰδὲ ἀπίστων ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος.* Λέγω γὰρ ὑμῖν. οὐ μή με ἴδητε ἀπὸ τούτου, ἐώς ἂν εἰσώσῃς, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὄνόματι Κυρίου. Ecce relinquitur vobis domus vestra desolata; dico enim vobis; non me videbitis posthac, donec dicatis; Benedictus, qui venit in nomine Domini; & hinc PAULO Judæi ἔχθροι Θεῶν, hostes Dei, vocantur, usque ad futuram gentis conversionem ad CHRISTUM. Rom. XI. 27. 28.

§. XV.

וְהַגְבֵּר בְּרִית לְרָכִים שְׁבוּ אֶחָד
confirmabit tamen fædus multis, hebdomadem unam, id est, idem Rex CHRISTUS, qui adimetur Judaicæ genti, urbemque ejus, & templum funditus defruet, magnam tamen multititudinem Judæorum adsciscet sibi, & regno suo adscribet; & sic adimplebit, & confirmabit iis promissiones illas, a Deo patribus eorum factas, fœderis illius æterni, salutifero sui in carnem adventu, & perpetua peccati omnis condonatione præsertim stabiliti; quo quidem nomine prædicat laudes Dei, Spiritu Sancto repletus, ZACHARIAS vates, ad cunas statim vix nati sibi filii, Præcursoris CHRISTI, quod nempe meminerit Deus διαδήκεις ἀγίας αὐτῷ, fœderis sui sancti, cum Abrahamo jam initi; τῷ δὲ ναι γνῶσσι σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτῷ ἐν ἀρέσι αἰμαζήτῳ αὐτῶν, ut daret populo suo cognitionem salutis in condonatione peccati: Luc. I. 72. 73. 77. Hoc igitur nove gratiæ fœdus, jam a Jérusalem vate expositum, cap. XXXI. 31. & supra jam §. IX. p. 35. sq. a nobis, S. PAULI verbis, commemoratum, & sicut idem ipse PAULUS ait, ad Ebraeos IX. 14. 15. pretiosissimo

CHRISTI sanguine fanciendum, qui hinc est τὸ αἷμα τῆς κακῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, εἰς ἀφεσιν ἀμεριῶν, sanguis novi fœderis, pro multis effusus, in condonationem peccatorum, Matth. XXVI. 27. hoc ipsum gratiosissimum, beneficentissimum fœdus confirmabit CHRISTUS multis Judæorum, spatio maximæ hebdomadis 70. annorum, a CHRISTI in carnem adventu computandorum, ab A. M. 4000. U. C. 752. usque ad tempus illud, quo auferetur tandem penitus improbae Judaicæ genti; hoc est, sicut §. XII. ostendimus, usque ad A. U. C. 821. Chr. 68. A. M. 4069. Intra hoc nempe tempus, copiosissimi, & numerosissimi Judæorum populi, magna pars facta est particeps divini fœderis gratiæ, & regno CHRISTI adscripta; selecūtū hinc Deo ex perfida gente, & hinc ἐνλογὴ PAULO dicti, Roman. XI. 7. Scilicet adhædere jam CHRISTO Regi, primis statim nativitatis, & infantiae ejus annis, ex Judaica gente, Zacharias, Elisabeth, Johannes, Maria mater, Josephus, Pastores Bethlehemitici, Simeon, Hanna, & quotquot Simeoni, Hannæque, in templo Hierosolymæ divinum Regem jam digito demonstrantibus, fidem adhibere voluerunt, Matth. I. II. Luc. I. II. Procedentibus dein annis, prædicatione Johannis Baptiste jam magno numero Judæi ad CHRISTUM Regem fuerunt conversi, id Gabriele Angelo, Zachariæ patri, de filio sibi nascituro, vaticinante, Luc. I. 16. & id rerum eventu, & Christi testimonio manifestissime confirmante, Matth. III. 5. 6. XI. 12. Marc. I. 4. 5. tandem CHRISTI ipsius, & Apolstolorum præfertim vocibus, Judæorum multa millia, quin decies multa millia, CHRISTI regno derunt nomen; computata primis statim mensibus post CHRISTI resurrectionem Christiana Judæorum Ecclesia, Hierosolymæ collecta, jam ad 5000. circiter virorum, Actor. II. 41. IV. 4. & A. C. vulgaris æræ 59. U. C. 812. A. M. 4060. JACOBO minore testante, plures esse Judæorum myriades, qui CHRISTO Regi adhærerent, Actor. XXI. 20; ingenti

certe etiam eorum numero, qui extra Iudeam inter gentes erant dispersi, & Apostolorum Jacobi, Petri, Johannis cura, sane ante eversa nondum Hierosolymæ tempora, ad CHRISTUM Regem erant perducti, Galat. II. 9. & ad quos ipsius JACOBI minoris, scribentibus tuis dodeca Φυλαῖς, tuis ἐν τῇ διασπορᾷ, duodecim tribubus, in dispersione inter gentes versantibus, c. I. 1. & PETRI, ἐν λεπτοῖς παρεπιόμοις διασπορᾶς Πόντου, Γαλατίας, Καππαδοκίας, Ασίας, καὶ Βιθυνίας, ele-
 dis exilibus, dispersis per Pontum, Galatiam, Cappadocium,
 Asiam, & Bithyniam, i Petr. I. 1. præcepta sacra mittentis,
 epistola extant. Hebdomadis hujus spatiū vero, quo Iudeorum selecto gregi CHRISTUS corroborabit foedus, hic 70.
 integrō annos complecti, non tantum opportuna sic oracu-
 li interpretatio docet, sed, sicut §. VI. jam indicavimus,
 etiam patet ex eo, quod hæc sit temporis mensura illa,
 qua Dei oracula quoque fata Ecclesiæ, tam ipsa, quæ hac
 hebdomade maxima, quam quæ e vestigio ab hebdomadis
 hujus fine statim ei contingent, pari, æqualique spatio sem-
 per solent metiri; id & Danielis, & Johannis Apostoli, vatici-
 niis comprobantibus. Etenim cum JOHANNES Apocalypsi. c. XII.
 Ecclesiam Dei videt mulieris imagine, CHRISTUM gerentis
 in utero, & enitentis; infernalemque Draconem videt, omni
 odio & furore persequi divinum Puerum; eoque ad dextram
 Dei sublato, etiam invadere mulierem, donec datæ mulieri
 divinitus alæ, quarum auxilio in desertum confugit; quid
 aliud Apostolo ibi repræsentatur, quam eadem periodus illa
 70. annorum, a CHRISTI incarnatione, usque ad fugam Chri-
 stianæ Ecclesiæ, ex Iudeæ, & Hierosolymæ regionibus, lapsorum?
 qua selecto piorum gregi ex Judaica gente corroboratum,
 & confirmatum fuit a CHRISTO, divinæ beneficentissimæ
 gratiæ foedus, a tempore, quo CHRISTUS in sacræ Virginis
 utero fuit conceptus, usque ad eos dies, quibus Christiana
 Iudeorum Ecclesia de imminentे excidio Hierosolymæ divi-

nitus monita, celeri & alata fuga, templo Dei, & publice
 facrorum cultu relicto, jam exul a prima sede sua, velut in
 desertis, coepit errare. Hoc postremum contigisse eo anno,
 quo Imperator Nero fuit occisus; A. U. C. 821. A. M. 4069.
Chr. 68. & quo secundum, *Consulares veteris ANONYMI,* &
TIRONIS PROSPERI Faſtor, Consulatum Romæ geffere *Silius Italicus,* & *Trachala Turpilianus,* ex *JOSEPHO de bello Judaic.* IV.
c. 9. supra §. XII. ostendimus. Ab hoc temporis momento,
 ab hac fuga sua, facrum gregem suum, divinitus ex Hierosolymitanæ
 urbis excidio servatum, in deserto, id est, per
 Romani vasti imperii ditiones, sine publico facrorum cultu,
 nutritum iri, Deus prædicti; infernali Dracone frustra putan-
 te, eum cum urbe omni Hierosolyma, ea, quam *Daniel* indicat,
cap. IX. v. 26. Romani exercitus inundatione iri oppreſsum.
Apocalyps. XII. 15. 16. Nutritum autem eum iri ab hac fuga in
 deserto dicit Deus, καιρὸν, καιρός, καὶ ἥμιον καιρός, tempus,
 οἱ tempora, οἱ dimidium temporis; καιρὸν primo, hoc est,
 tantum temporis, quantum complectitur spatium visionis
 istius *Apocalypticæ c. XII.* a tempore mulieris, CHRISTUM in
 utero gerentis, usque ad Judaice Christianorum Ecclesiæ fu-
 gam, lapsum; quod ipsum est tempus 70. annorum; dein
 καιρός, id est, bis tantum, sive 140. annorum, & tandem
 ἥμιον καιρός, id est, dimidium annorum 70, sive 35. an-
 nos; qui jam, si conjunguntur omnes, & 70. & 140. & 35,
 id est, 245. anni, adduntur Anno U. C. 821. M. 4069.
Chr. 68. quo coepit illud magnum Ecclesiæ Christianæ exilium,
 tum incides in A. U. C. 1066. M. 4314. *Chr. 313.* quo in
Consularibus veteris ANONYMI, & *PROSPERI Faſoris,* *Constantius M. III.* & *Licinius III. Augg.* Consules Romæ fuisse reperiuntur;
 quo publica tandem auctoritate Romanorum horum Im-
 peratorum sublatum illud fuit Christiani cultus exilium, fa-
 crisque Christianorum per orbem terrarum publica, plena li-
 bertas concessa est; *Constantino M., Cæsarum omnium primo,*

circa ipsa hæc tempora, ad profienda Christianorūm sacra transgresso; & omni auctoritate dein imperii, quæ ad sequentium etiam temporum sœcula cuncta fuit propagata, Christianorum ubique cœtuum cultum tuente. EUSEBIO in *Histor. Eccles.* Libr. IX. & X. & quatuor de vita Constantini M. libris passim, & plurimis legibus CODICIS THEODOSIANI, ab Imperatore propterea latis, velut, l. I. *Libr. II.* tit. 8. de feriis, l. I. *Libr. XV.* tit. 14. l. 5. *Libr. XVI.* tit. 2. id abunde testantibus. Ipsum edictum de liberrima Christiani cultus facultate, A. Chr. 313. Conflantino M. & Licinio Coss. latum, profert EUSEBIUS, Graece, *Histor. Eccles.* Libr. X. c. 5. &, Latine, LACTANTIUS de mortibus persecutorum c. 48. ubi sic ait: *Licinius -- Nicomediam ingres-sus - - die Idiuam Juniarum, Conflantino, atque ipso, ter Consulibus, de restituenda Ecclesia hujusmodi litteras, ad presidem datas, proponi jussit. Cum feliciter tam ego Conflantinus Au-gustus, quam etiam ego Licinius Augustus, apud Mediolanum conve-niens, atque universa, quæ ad commodo, & securi-tatem publicam pertinerent, in tractatu haberemus, - - - scire tuam dignationem convenit, placuisse nobis, ut amotis omni-bus omnino conditionibus, que prius scriptis, ad officium tuum dati, super Christianorum nomine videbantur, nunc caveres, ut simpliciter unusquisque eorum, qui eandem observanda reli-gioni Christianorūm gerunt voluntatem, citra illam inquietu-dinem, ac molestiam sui, id observare contendat. Qua sollicitu-dini tua plenissime significanda esse credidimus, quo scires, nos liberam, atque absolutam colendæ religionis suæ facultatem hisdem Christianis dedisse.* Igitur cum opportune sic in Dei oraculis mensura temporum congruat; cum *Apocalypsis* JO-HANNIS futura fata Ecclesiæ cum Danielis 70. hebdomadibus necitat; & jam a fine earum commodissime cap. XII. *Apoca-lyps. v. 14. καιρὸς, καιροὶ, ἥμερον καιρός*, quibus in deserto vixit Ecclesia, 70. annorum periodis computentur; & hoc ipsum tempus dicatur esse dierum 1260. *Apocal. XII. 6.* &

sicut §. VI. jam vidimus, & quod ample jam repetere nolumus; hoc idem sit manifestissime tempus illud 42. mensium, fatidica interpretatione computandorum, quo urbs sacra, id est, cultus sacer, quasi conculcabitur a Gentilibus; *Apocal.* XI. 2. quo Ecclesia Christiana edet oracula sua in summis angustiis, & quasi cilicis induita; *Apocal.* XI. 3. quo Romanus Draco, id est, paganum Romanorum imperium, bellum geret cum sanctis, & contumelias suas in CHRISTUM, & aseclas ejus, evomet; *Apocal.* XIII. 5. 6. & quod ipsum etiam DANIEL VII. 25. sicut JOHANNES, עָרֵן וְעַדְנֵן וּפֶלְגֵן עָרֵן, καιρὸν, καιρός, καὶ ἥμισυ καιρῷ, tempus, tempora, & diuidium temporis, vocat; opportunissime certe etiam hebdomas illa Danielis, qua illum καιρὸν, καιρός, & ἥμισυ καιρῷ, tempora, 70. annorum periodis a Deo dimensa, sine medio præcedit; & a cuius ipso fine statim etiam sequentes istae 70. annorum periodi currunt, esse maxima hebdomas, esse 70. annorum periodus, potest intelligi; præsertim, cum diuidum etiam hujus hebdomadis, de quo nunc est dicendum, exactissime huic ipsi interpretationi respondeat.

§. XVI.

וְחַי הַשְׁבֹוע וְשִׁבְתָה זֶבַח וּמְנֻחָה, וְdimidio hebdomadis cessa-re faciet sacrificium, וְoblationem: id est, dimidio illius hebdomadis maximæ, 70. annorum, sive anno 35. ex quo edictum divinum prodiit condendæ novæ Hierosolymæ, & positus est CHRISTI incarnatione lapis novæ Zijonis, CHRISTUS vitæ & sanguinis sui sacrificio, pro generis humani peccatis oblato, A. M. 4034. U. C. 786. æræ CHRISTI vulgaris 33. qui hinc verissime est Annus, ab incarnatione ejus 35, (sicut §. X. probavimus,) abolebit umbras omnes Mofai-ci foederis, quæ ipsum hucusque præfiguraverant; *Ebr.* VIII. 5. 13. IX. 9. 11. 12. X. 1. pro זֶבַח וּמְנֻחָה, sacrificio, וְob-latione, sive, cruento, & incruento sacrificio, quod ex Mo-

saica lege bis quotidie, mane, vesperique, Deo debebat offerri, *וְיַחֲדָה בְּרִית מֹשֶׁה, in suavitatis odorem; Exod. XXIX. 38-41.*
Numer. XXVIII. 3-8. CHRISTUS ipse vere, & plenissime, præbebit ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν, τῷ Θεῷ εἰς ὄσμην ἐνωδίας, se ipsum pro nobis, & oblationem, & sacrificium Deo, *in suavitatis odorem, Ephes. V. 2.* & hoc uno, aeterno, sacrificio, & oblatione sua, *Ebr. IX. 12.* X. 12. 14. tollet vim omnem veterum omnium sacrificiorum Mosaicæ legis; & sic inania illa cuncta, & supervacanea reddet in posterum: id quod ipsum quoque PAULUS docet epistola ad Ebraeos, in qua quidem A. C. 64, & sic ante bellum adhuc, & excidium templi, & urbis Hierosolymæ scripta, cum tum adhuc Hierosolymæ Mosaicæ feederis sacrificia pergerent fieri, *Ebr. VIII. 4. 5. IX. 6. 7.* tamen clare demonstrat, πρώτην συνηνίδι est, tabernaculum, vel templum Mosaicæ cultus, non amplius habere σάστω, sive fundamentum aliquod, in quo consisteret, c. IX. 8. & CHRISTO pro nobis mortuo, ἐκτῇ προσφορὰν esse περὶ αἱματίας; non ulla pro peccatis amplius oblatione jam esse opus, c. X. 18.

§. XVII.

רְעֵל כְּנָה שְׁקוּצִים מִשְׁמָם; *super alam, sive avem, abominationum autem erit devastator;* hoc est, devastatio autem templi, & urbis Hierosolymæ, fiet per legiones Romanorum exercituum, quarum signa erunt aquilæ, divinis honoribus, ceu Numinis, a Romanis cultæ; testibus LIVIO XXVIII. 48. SUETONIO in vita Caligulae c. 14. & manifestissime TACITO, Annal. II. 17. qui de Germanico Cæfare, cum Cheruscis belligante; *Pischorrum augurium, oculo aquilæ, petere silvas, & intrare vise, Imperatorem advertere. Exclamat, irant, sequentur Romanas aves, propria legionum Numinis;* hinc Romanæ haec aves, vel aquilæ, vere Danieli, & divino Numini, נְכָנָתָם, avis abominationum, vel abominabilis, & eodem

ipso nomine dictæ, quo solent vocari a Spiritu Sancto idola, quæ יְמָנָה, נְגָדָה, abominationes dicuntur, i Reg. XI. 5. Ezechiel XX. 7. Et hæc quidem interpretatio clarissime confirmatur ex eo, quod, cum LXX. Interpretes secundum ORIGENEM in Tetraplīs, & Chisianum Codicem, (ex quo Romæ primum omnium Graeca vaticinii Danielis translatio nobis producta est, A. C. 1772,) ita hunc Danielis versum ediderint, καὶ ἐπὶ τὸ ιερὸν βθέλυγμα τῶν ἔρημώσεων ἔσαι, οὐ erit ad templum abominationis vastationum; CHRISTUS autem ad hæc verba Danielis advertere jussit discipulos suos, ceu signum imminentis Hierosolymæ excidii monstratura, id quod MATTHÆUS, & MARCUS, verbis LXX. Interpretum exprimunt: MATTHÆUS c. XXIV. 15. ὅταν ἐν ἴδῃς τὸ βθέλυγμα τῆς ἔρημώσεως, τὸ ῥῆθὲν διὰ Δανιὴλ τῷ προφήτᾳ, ἐσὼς ἐν τόπῳ ἀγίῳ. οἱ ἀναγνώσκων νοεῖτω. MARCUS XIII. 14. ὅταν δὲ ἴδῃς τὸ βθέλυγμα τῆς ἔρημώσεως, τὸ ῥῆθὲν υπὸ Δανιὴλ τῷ προφήτᾳ, ἐσὼς, ὃντας γ' δεῖ. οἱ αναγνώσκων νοεῖτω. Cum videritis igitur abominationem vastationis, prædictam a Daniele, propheta, stantem in loco sacro, (vel, ubi non debet.) qui legit; attendat; id idem, LUCAS sic tradat, dixisse CHRISTUM, cap. XXI. v. 20. ὅταν δὲ ἴδῃς κυκλοφόρην υπὸ σράζοντέων τὴν Ιερουσαλήμ, τότε γνώτε, ὅτι ἡ γυμνεύη ἡ ἔρημώσις αὐτῆς, cum videritis Hierosolymam ab exercitibus cinctam, tum intelligite, appropinquasse ejus excidium, sic, ut manifeste CHRISTUS ipse avem illam abominationum, Danielis oraculo memoratam, Romanos exercitus esse interpretetur; & hinc ipsas illas esse aquilas, quibus cadaver Judaicum dilaniandum, & devorandum præbebitur, Matth. XXIV. 28. Luc. XVII. 37. quod ipsum dein abunde fatis comprobavit eventus; Hierosolyma omni, & templo, a Romanis legionibus A. U. C. 823. Chr. 70. capta, incensa, vastata, eversa. JOSEPHUS de bello Judaic. VI. 7. 8. 9. VII. 1.

S. XVIII.

§. XVIII.

וְעַד־כֵּלָה וְנִרְצָחָה תַּחֲרֵךְ עַל־שׁוֹמֶם
usque ad consummationem, & decimum, stillabit super devastatum, hoc est, ira, &
maledictio Dei, stillabit super populum Judaicum, terramque
Judeorum, a Romanis legionibus ita devastatam, foedatam,
usque ad complementum illud temporis, arcano Dei consilio decretum, decimum. Nam voce שׁוֹמֶם, aliquid vastatum,
& foedatum, in primis Hierosolymam, ab hoste destructam,
designari, ex Thren. I. 4. III. 11. patet, & eo manifestius
est, hic etiam intelligi Hierosolymam, templum, populumque
Judaicum, quo certius est, verbo תַּחֲרֵךְ, stillabit, quod ei jungitur,
stillationem irae, & maledictionis Dei, in Judaicam
gentem designari, que vera significatio voci paulo superiorius,
ipso hoc cap. IX. vaticinii Danielis, in precibus ejus ad Deum,
tribuitur v. 11. וְתַחֲרֵךְ עַל־נוּ הַלְּחָה וְהַשְׁבָּה אֲשֶׁר־תַּחֲכָה
בְּחוֹתָת מָשָׁה עַבְּרַ-חֲלָדִים כִּי חָפְאָנוּ לוּ
& stillavit super nos maledictio, & juramentum, quod scriptum est in lege Mosis,
servi Dei, quia peccavimus in eum. Decimum vero, & decre-
tum tempus duraturae maledictionis divinae, in gentem Ju-
deorum effusae, est ipsum illud, de quo §. XIV. jam dixi-
mus; & quod PAULUS indicat, fore, Rom. XI. 25. ἀχροίς &
τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, usque dum certus, & designa-
tus gentilium numerus intraverit in regnum cælorum. Tum enim desinet irasci Deus reprobatae genti, & ex Mosis Levit.
XXVI. 42-45. JESAJE LIX. 20. & PAULI oraculo, Rom. XI.
26. πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, omnis Israël salvabitur, & ἡγε-
τὴ Σὺν ὁ ρύμενος, καὶ ἀποστέψεται ἀσθεῖας ἀπὸ Ἰσραὴλ,
veniet (rejecta) Sioni, ex Sione (nova) Salvator, & avertet ini-
pietates ab Israele, ad eum converso.



En ~~æ~~que, benigne Lector! hæc est tandem nobis
lissimi, sanctissimique oraculi interpretatio nostra;
sed parata simul illa, & prona, cedere cuicunque,
ad intelligendam istius sententiam, clariorem allat-
turæ lucem, & meliora doctrinæ. Id tamen probe
hic adverti velim, ne quis unquam interpres, ne
quis judex accedat hoc alias, nisi cognitione sacræ
& civilis historiæ, rationisque antiquæ temporum,
initiatus, imbutus; in primis vero non alter, nisi,
qui divino Sancti Spiritus lumine sit illustratus, per-
fusus. Etenim eodem illo, & non alio, quam quo-
lata sunt, Spiritu, intelligi tantum possunt, & ex-
plicari divina oracula; 2 Petr. I. 20. 21. nec nisi di-
vino judicari Spiritu ea, quæ non ab homine, sed
a Deo profecta sunt, 1 Cor. II. 11. 14. Quod si for-
te cui esse insipidum, si fanaticum forte cui, hoc
verbum esse videbitur, is jam manifester nobis de-
se hac ipsa sua sententia profitetur, se carere igitur
CHRISTI Spiritu; 1 Cor. II. 14. hinc se alienum,
hinc se vinculo nullo junctum esse huic Regi divi-
no, Rom. VIII. 9. & hac animi indole, sic prohibi-
tum quoque prorsus, sic exclusum olim iri por-
tis regni cœlorum, Luc. XIII. 27. 28.



Fd 5611

ULB Halle
002 715 18X

3



PA 30C

VD 17

NC

B.I.G.



B. C. D.

TENTAMEN
INTERPRETATIONIS NOVÆ
LXX. Hebdomadum Danielis,

cap. IX. v. 27-29.

PRÆSIDE

JOHANNE MICHAËLE LORENZ,
ELOQUENTIÆ ET HISTORIARUM PROF. PUBL. ORD.
CAPITULI THOMANI CANONICO,

SOLENNI ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTUNT
ad D. XXVII. MARTII

JOHANNES GODOFREDUS DÜRR,
a §. I - VI.

ad D. XXIX. MARTII

GODOFR. LUDOVICUS HÆBERLIN,
a §. VII - XI.

æ.

ad D. II. APRILIS

GERHARDUS HENRICUS RITTER,
a §. XII - finem.

In Universitate Argentoratensis, A. MDCCCLXXXI.

excudebat JOH. HENRICUS HEITZ, Universitatis Typographus.

30

